

8. Aufl.

wh.,

desen = 00

kle

8. Aufl. =

II n 111

CHRISTOPHORI CELLARII,
SCHMALKALDIENSIS,

**HISTORIA
ANTIQUA**

MVLTIS ACCESSIONIBVS
AVCTA ET EMENDATA

CVM

NOTIS PERPETVIS

ET

TABVLIS SYNOPTICIS.

EDITIO X.

CVM PRIVILEGIO.

IENAE,

SVMTV IO. FELICIS BIELKII, BIBL.

MDCCLXXXIX.

CHRISTOPHORUS COLCUBUS
HISTORIA
ANTIOCHIA
MULLIS VOCESSIO
AVCTA ET REVISATA



NOTIS P...
T...
S...
S...
S...



ACADEMIAE IENENSIS
RECTORI MAGNIFICO
GEORGIO SCHV-
BARTO,

MELIORVM LITTERARVM
CONSERVATORVM SOLER-
TISSIMO,

ET IN EADEM
PERITISSIMO HISTORICO
CASPARI SAGIT-
TARIO,

S. THEOLOG. DOCTORI,
PROFESSORIBVS CLARISSIMIS,
BENE DE PVBLICO MERENTIBVS

S. P. D.
CHRISTOPHORVS CELLARIVS.



Decimus prope-
modum cir-
cumactus an-
nus est, cum, quod pri-
uato vsui concinnaue-
ram historiæ antiquæ
summarium, in lucem
emissi, idque clarissimo
nomini tuo, **AMPLIS-
SIME SAGITTARI,**
dedicavi. Iure enim
quodam tuo vindi-
care

DEDICATIO.

care illud poteras,
 quod hortatu tuo
 atque consilio in
 publicum prodibat.
 Nihil itaque, quod
 vereri possim, mihi
 superest, ne inique
 feras, repetita edi-
 tione te iterum ap-
 pellari, etiam ami-
 cum & collegam
 exquisitissimum ad-
 iungi, quocum æ-
 quabili forte vel ita
 nuncupationis onus
 diui-

) (

diui-

DEDICATIO.

diuidas, vt vetera
tibi, cui debeban-
tur, denuo conse-
crata existimes; ac-
cessiones nouas, vt
obsides animi mei,
ille accipiat, quem
a prima editione in
vestra Academia
nouum quidem, sed
antiquis moribus, &
fide, amicum & sin-
gularem fautorem
consecutus fueram.
Te intelligo, MA-
GNI-

DEDICATIO.

GNIFICE RECTOR,
 tibi que, vt pridem a-
 nimum & studium,
 ita hanc etiam lucu-
 brationem dico at-
 que confecro, vt ex
 signo hoc, quam-
 libet leuiore, non
 leuiter cognofcas,
 quanti ego ingeni-
 um tuum mirificam-
 que doctrinam &
 merita faciam, fem-
 perque adhuc fece-
 rim. Rogo igitur,
) 4 viri

DEDICATIO.

viri excellentissimi, ne
hoc opusculum specte-
tis, quod perexiguum;
sed voluntatem potius
meam, qua nemini ce-
do, qui plus virtutem
vestram, quam ego, co-
lat & observet. Va-
lete, & diu publicam
rem vestramque feli-
cissime gerite. Da-
tum Cizæ nonis Maiis
CIC IDC LXXXV.

LECTV.



LECTVRIS.

QVam ante decem annos antiquæ historiae synopsis delineaueram, auctior nunc & emendatior prodit, etiam vltra limitem vetustum producta. Qui enim ab initio imperiorum ad natum mundi Sospitatorum priori editione progressus eram; ad Constantinum

)(s Ma-

PRAEFATIO.

Magnum iam seriem perduco, cuius consilii mei quæ ratio fuerit, te nolo, lector candidissime, ignorare. Quicquid huius compendii erat, illorum studiis addictum fuit, qui classicorum auctorum lectione exercentur, nec per ætatem satis perspectum habent ordinem rerum temporumque veterum. In illa vero scriptorum classe non proletarii aut capite censi, sed cum primis numerandi sunt, qui post reparatam humani generis salutem floruerunt. Non ergo in Augusti imperio ab-

rumpli

AD LECTOREM.

rumpi ordinem, & ab illis diuelli æquum erat, quæ ab excessu eiusdem, ingenio Taciti, Suetonii, Pliniorum & æqualium fuerunt illustrata, præsertim quod incrementa Romani Imperii, præcipua antiquitatis pars, sub Traiano fuerunt longe amplissima. Accedit doctorum loquenti consuetudo, qui illa **MEDII Aevi** vocant, quæ in barbara sæcula inciderunt, aut ab illis abfuerunt propius. ¹⁹ Accommodatius ergo facturi videmur, si antiquam ad **Constantinum Magnum**: **medii æui**
histo-

PRAEFATIO.

historiam, ad Constantinopolis expugnationem: nouam denique, ad nostra tempora deducemus, ut ista complectatur uniuersam gentilitatem: illa temporibus imperii Christianorum Constantinopolitani contineatur: hæc nouam regnantis orbis faciem rerumque publicarum reformationem recenseat. Id uero in primis nobis curæ fuit, ut, quæ vulgata historiarum compendia prætermittunt vel leuius attingunt, accuratius persequeremur, & optimorum auctorum fide, qui singula tradiderunt,

AD LECTOREM.

derunt, confirmaremus. Nec intactas reliquimus nobiliores controuersias & eruditorum dissensionem, sine tamen ullius æsione aut iudicii acerbitate, quod sæpius suspensum in dubiis & obscuris, quam temere latum deprehendetur. Vt vero in limine adpareat, quantum a vulgaribus nostrum compendium discedat, vno regnorum citerioris Asiæ exemplo planum faciemus atque probabimus. Quotusquisque est, qui illa explicet? vnde originem, & quando finem habuerint Attalorum,

PRAEFATIO.

rum, Nicomedum, Pylæmenum, Ariarathum, Mithridatum, aliorumque dominationes? Nec vero nullius momenti rerum huiusmodi notitia est, quæ utramque paginam in historia Romana faciunt, ut non sufficiat cum vulgo scripsisse: REGNUM MACEDONICVM ASIATICVM, CUIVS ANTIGONVS EVMENE VICTO AVCTOR FVIT, STATIM IN FILIO EIVS POLIORCETA EXSPIRAVIT. In hoc si exspiravit, vnde tot reges vel reguli Bithyni sunt, Pergameni, Pon-

AD LECTOREM.

Pontici, Paphlagonēs, Cappadoces, Cilices, & Gallogræci tetrarchæ post Poliorcetæ tempora? quo nouum Amyntæ regnum referes? Id ergo propositum mihi in primis fuit, vt in his quoque regnis lineamenta adumbra-rem, & Geographiæ plus, quam fieri vulgo solet, historiam accommodarem, bellis & proeliis secundum locorum, quibus facta sunt, positionem distinctis & definitis. In Tabulis plura, quam in historia, sectamur, vt illæ huius complementum possint esse, &

VNO

PRAEFAT. AD LECTOREM.
vno intuitu exhibere, quæ
vel strictim enarrata in supe-
rioribus fuerant, vel instituti
ratione postulante præter-
missa. Cetera, quæ præmo-
nenda erant, ipse conspectus
libelli perdocebit.



HISTO-



HISTORIAE ANTIQVAE

LIBER I.

DE

REBVS CHALDAEORVM,

ASSTRIORVM, MEDORVM.

Svb initium imperiorum minora Asiae regna distinxerunt, Antiquissimum a NIMRODI fuit, Chami nepotis, qui praeter alias ciuitates Babylonem condidit, eo fere loco, quem turris nuper aedificari coepit, tum

S. I. Prima orbis imperia minora. Antiquissimum Nimrodi. Exstructio Babylonis. Assur imperium condit.

a NIMRODI fuit, Chami nepotis, qui praeter alias *b* ciuitates Babylonem condidit, eo fere *c* loco, quem turris *d* nuper aedificari coepit, tum

A

VERO

a Gen 10, 10. per anticipationem.

b Hieronymus Quaezt. in Genes. cap. 20. *Arach* interpretatur *Edeffam*: *Acad* *Nisibin*: *Chalns*, *Seleuciam* vel potius *Ctesiphontem*.

c Iosephus I. Antiqu. c. 5. *ὁ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ἀποδόμησαν οὖν, Βαβυλῶν καλεῖται, locus, quo turrim aedificauerant, nunc Babylon vocatur.*

d Ebraeis Nimrod est auctor turris Iosepho c. I. & Rabbi Salomoni in Gen. 10. aliisque. At Bochartus I. I. Phaleg, c. 14. *Nimrod, inquit, tum vir natus erat.*

Ant.

vero deserta, dispersione operarum desolatam fecerat. *a* ASSVR, Semi filius, Babylonia profectus, tum alias vrbes, tum Ninivem *b* magnam constituit, & ipsam forte Imperii caput, exigui tamen & arctis limitibus circumscripti.

s. z. Amraphel rex, Abrahamae temporibus rex Babyloniae AMRAPHEL erat, *c* cliens forsitan ELAMITARVM regis, qui pentapolin, Iordani flumini propinquam, ditioni suae adiecerat. Postea Arabes in Chal-

a Gen. 10. 11. *Affur* quibusdam regio est siue Assyria, in qua Nimrodus Ninivem condidisse fertur. Vide Bocharti Phaleg. lib. 4. c. 12. Propius Ebraeae scripturae est, de viro interpretari, Adde C. V. Iac. Perizonii Dissert. 2. de Orig. Babyl. n. 1.

b Non soli Ionae, sed Mosi etiam, qui antecessit Ninum computo Herodoti, Ninive נִינְוֵה נִינְוֵה *vrbs magna* dicitur, si cum Aben Esra ad Ninivem, non ad Resen, haec verba reducimus.

c Ex situ coniiicitur, Gen. 14. *Elam* Elymais regio est, ex qua per Babyloniam ad Iordanem transitur. Adi Bochartum l. 2. c. 2.

BABYLONIORVM.

Chaldæa c c x v annis regnasse a Africanus auctor est, quibus extinctis b BELVS rerum potitus, fundamenta imperio illustri, quod Babylone sedem habiturum erat, firmiora subdidit.

Hoc tractu temporum Assyriorum regnum c NINVS vel condidit, vel

s. 3. *Assyriorum reges Ninus, Semiramis, Ninyas, Sardanapalus. Huius imperii finis.*

A 2

am-

a Georgius Syncellus, qui Iul. Africani & Eusebii chronographorum fragmenta serauit, duas in Chaldæa dynastias ante Belum constituit, primam Chaldæorum ab Nimrodo; Arabum alteram ad Belum usque deductam p. 90. 92. ed. Reg.

b Belum Syncellus primum *Assyriorum* regem ponit. At plura eius Babylone, quam in Assyriis vestigia, religio, templum, monumentum. Nec ipsum, neque successores, vtrumque regnum coniunxisse, et vulgo creditur; ex Halicarnasseis, Herodoto & Dionysio, iam ostendemus.

c Hieronymus in Hoseæ cap. 2. *Primum Asia regnasse N. num, Beli filium, omnes & Græcæ & barbæ narrant historie.* Alter Herodotus lib. 1. c. 95. *Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἀνατολῆς ἐπ' ἐτα εἰκοσι καὶ πεντακῶσια πρότερον αὐτῶν Μήδων ἠέξαντο ἀπισταταί.* Cum Assyrii annis DXX superiorem Asiam obtinissent, prim. Medii

amplificauit, quod SEMIRAMIS, viri-
lis animi fœmina, marito sublato, *a* au-
xit; sed eo contentus filius NINYAS
se otio dedit & voluptatibus, quem
successores imitati videntur, ad SAR-
DANAPALVM vsque, ab ARBA CE
Medo, eisdem *b* moribus offenso, eo
adactum, vt se & suppellectilem vno
rogo

Medii ab iis descere ceperunt. Et Dionysius
Halicarn. principio operis: ἡ Ἀσσυρίαν ἀρχὴ ὀ-
λίγου τινὸς ἀγαρῆνος τῆς Ἀσίας μέγους, *Assyriorum*
imperium modicum quand in Asia artem obtinuit.
Hæc non est omnis Asia, neque ἡ ἀνω superior Ba-
byloniam continebat.

a Mira de Semiramide Diodorus & Trogus ex
Ctesia. Si fuit Semiramis Ninj vxor (quod
dubitat Vossius *Idol.* I. c. 24.) haut tamen tan-
ta fuit, quanta prædicatur. Quæ enim de Baby-
lone traduntur, partem Moses, partem Berofus
apud Iosephum; quæ de Indico bello, Mega-
sthenes apud Strabonem, confutant. Pari fa-
cilitate Æthiopicam expeditionem abiudica-
neris.

b Mores Sardnapali ex epitaphiis produunt Di-
odorus I, 23. Athenæus 12, 7. Cicero *Tusc.*
I. 5. c. 35. Non tamen plane ἀπαρτων fuisse, ex
vrbibus, quas condidisse fertur, Ath. videtur
colligere.

rogo *a* cremaret; quamuis alii senem *b* fataliter decessisse, alii non in hoc, sed in *c* NINO iuniore, qui isti successerit, Assyriorum imperium exspirasse memoriae prodiderunt.

Nec in iis regibus, quos sacra scriptura memorat, res cuncta expedita est.

s. 4. Reges Assyriae in scriptura sacra commemorati: Phul, Tiglatpile-sar, Salmanasar, Sennacherib, Asarhaddon.

Interpres tam in numero regum, quam aetate illorum, quantum differunt? Difficile est *d* priuata ab regis nominibus, aut alterutrinque cognomina discernere, aut dilucide ostendere, ante *e* Me-

A 3 Medorum

a Ex Ctesia Diodorus Siculus 2, 27. Athenaeus 12, 7. Iustinianus I. 3.

b Clitarchus apud Athenaeum c. I.

c Castor Rhodius apud Syncellum p. 205.

d Sargon Esa 20, 1. Iereh. Hof. 5. 13. Scaligero sunt no. i reges; aliis Sargon cognomen Sennacheribi, (vid. Vsser. p. 100.) Iereh Chaldaeo & Vulgato proprium nomen non est: Kimchio nomen urbis Assyriae.

e Plerique cunctos post secessionem locant: dubitat Schoranus, quia Israelita captiui in *Mediam* abducti, & tanta horum regum potentia laudetur, quanta vix potuerit esse, Medorum regno, validissima parte, abscisso.

dorum defectionem, an post illam floruerint. PHULI rex Israelis Menahem tributa fert: TIGLATPILESAR Transiordanos Israelitas; reliquos filius SALMANASAR deportat: *a* SENACHERIB, frustra Hierosolymis obsessis ingulatur a filiis, cui ASARHADDON, elapsis fratribus parricidii, in Imperio sufficitur.

*s. 5. Babylonia reges Nabonassarus, Mero-
dach, Nabopolassarus,
Nabuchodonosorus, Evil-
merodach, Nirigissoorus,
Laborofardochus,
& Nabonnedus.*

Per idem tempus Babylonia quoque suos reges habuit. NABONASSARVS (BALADAN sacro scriptori) imperium instauravit, ex cuius auspiciis Chaldæi annos, ut Græci per olympiadas, ab vrbe condita Romani, dinumerarunt. Hunc tribus interiectis filius vel nepos MERODACH, Ptolemæi *b* MARDOKEMPADVS excepit, Hiskia ex morbo liberationem gratulatus; a quo, successione *c* obscurorum,

a Hunc etiam Herodotus memorat tanquam *Ἀράβιον ἢ Ἀσσυρίων βασιλεῖα* l. 2. c. 141.

b Ptolem. Const. Matth. l. 4. c. 6.

c His anonymus interest, qui Manassen, Iudæo,

rum, aut per interregna (quibus a SEMIRAMIDEM, molis, Euphratem cohibentis, conditicem imponunt) ad NABOPOLASSARVM summa rerum delata fuit, & hoc extincto, ad filium NEBVCHODONOSORVM, notissimum monarcham, qui Tyro, Aegypto & Hierosolymis capis, Iudæisque in captiuitatem abductis, Babylonem b operibus ornauit, & ingentis superbix pœnas insania & victu filii nostri dedit, quanquam, quæ Dei clemen-

A 4

tia

dorum regem, in vincula duxit. *Affaradinum* fuisse, quartum ante Nabopolassarum (qui Ierædinus Scaligero) docti conieciunt. Addit Schottanus P. 2. Bibl. Hist. V. T. p. 1039. *ἀντισόφρον* esse, cum hunc Assyrio Asarhaddone confundere, notans, vt videtur, Vsserium in Annal. V. T. p. 107.

a Hæc Semiramis Herodoto laudata lib. I. c. 184 qui addit similis ingenii NITOCRAN, *πέντε γενῶν* quinque generationibus illa posteriorem, quæ videtur regina esse Dan. 5, 10. commemorata, Nebucadnezaris filia, nupta Niriglissoro. *Scal. Emend. p. 543.*

b Berofus (apud Iosephum I. I. contra Apion.) in his operibus etiam muros & hortos pensiles numerat, Græcos reprehendens, qui Semiramidi Assyriorum attribuunt.

tia est, in integrum restitutus fuit. Filius EVILMERODACH, fautor Indæis & liberator Ioiachini, a *a* NIRIGLISSOORO, sororis marito, sublatus percussori regnum relinquit; hic post quadriennium filio suo LABOROSARDOCHO (BELSAZARI Danielis) Nebucadnezaris ex filia nepoti; qui nouem menses imperio abusus, a NABONNEDI factione, hoc est, DARIÏ MEDI, inter epulas obruncatur. Nabonnetum, septemdecim annorum regem, persarum primus Monarcha Cyrus ad priuatam vitam coegit redire.

s. 6. Medorum, post quam ab Assyriis defecerant, reges: Deioces, Phraortes Cyaxares, Astyages, a Cyro regno expulsus.

His Babylone regnantibus, Medi ab Assyriis defecerant, ARBACE impulsus.

a Hunc, cum sequentibus, Berosi fragmentum iam citatum, prodit. Interpretatio Scaligeri est, a quo in vltimis dissentit Vsserius. Belsazar illi non est Laborosardochus, sed Nabonnedur Berosi, siue Herodoti (I, 77.) Labynetus: Darium autem Medum interpretatur Cyri anunculum. Cyaxarem iuniorem, Astyagis filium, ex Xenophontis Pædia, quam alii veram historiam esse negant.

pulfore, & aliquamdiu *a* libertate vsi, DE-
IOCEM sibi regem constituunt, qui
Ecbatana condit, finibus ceterum anti-
quis Mediæ contentus: quos PHRA-
ORTES prolaturus, vitam cum exer-
citu in Assyria amittit. Hunc filius
CYAXARES vlturus, a Scythis *b*
premitur: emergens tandem Ninum
expugnat, & regni fines ad *c* Halym
annem propagat. ASTYAGES pa-
tri suffectus, post xxxv annorum im-
perium a Cyro nepote, quem expo-
suerat,

A § fuerat,

- a* Herodotus lib. I, c. 96. *Εόντων αυτονόμων πάντων,*
omnes erant sui iuris & liberi. Ab hoc, vt solet,
Ctesias dissentit apud Diodorum l. 2. c. 32, 33.
& Arbaci βασιλεύοντι continuos successores dat,
nullam *αυτονομίαν* aut liberam rempublicam
agnoscens. Sed maior nobis Herodoti, quam
Ctesia, vani hominis, fides est.
- b* Scythæ, victis Medis, xxviii annos Asiae impe-
rium tenuerunt. *Herod. I. 106.*
- c* Pax inita cum Alyatte, Croesi patre, post quin-
quennale bellum, conciliatore Labyneto
magno, hoc est, Nebucadnezaro, exercitibus
eclipsi a pugna utrinque reuocatis. Tum Halys
terminus Medici Lydique imperii constitutus
Herod. I, 72. 74.

fuerat, deicitur, & Media, adhuc a gentium domina, prouincia fit Perfarum.

s. 7. Notatur Ctesias, tantam imperii Assyriorum & diuturnitatem & potentiam iactans. Horum res admodum obscuræ & dubiæ.

Hæc de Assyriorum rebus auctorum fide, quos subnotamus: illorumque pace, a quibus discedimus, b Diuturni-

a CXXVIII annis τῆς ἀνω Ἄλως ποταμοῦ Ἀσίης ἄρχαντες, omnes Asia supra fluium Halym dominati sunt Medi, Herodoto I. c. 130. auctore, qui numerus saluus est. finium prorogationem ex medio regno Deiocis deduci oportet, quem alibi μῶνιον τὸ Μηρικὸν ἔθνος nationem Medicam subegisse dixerat. Aliquando etiam inferiori Asiæ siue Babylonix, Medos imperasse, Nicolaus Damascenus in Excerpt. Vales. pag. 426. significat, & Nanybrum, qui Nabonassar alius, clientem Artæi, successoris Arbacis, constituit, quod ex Ctesix fabulis haustum videtur. Αλκιμώτερος enim τῶν προγόνων, potentior maioribus suis Cyaxares πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρῃ, excepta Babylonia parte, in Asia regnavit. Herodot. I. c. 103. 106.

b Ctesias Assyrium regnum cō CCCLX annis a Nino ad Sardanapalum stetisse, tradit, auctore Siculo D'odoro lib. 2. c. 21. Herodotus tantum 10 XX, annis, vt prædiximus. Porphyrius apud Euse-

turnitas imperii, quam Ctesias tradit obscurorum successione completam, qua Ninum ad prima temporum oportet reici, videtur rerum nouitati repugnare. Altero post cataclysmum seculo tot valida regna, innumerabiles exercitus, immensos apparatus credimus, quot sub Nino & Semiramide traduntur fuisse. In diuinis scripturis nullum vestigium tam vasti imperii existat, antequam inclinaret Israeli regnum. An Assyriis Canaanam Iosua eripuit? Ingentia bella Ammonitarum, Moabitarum, Idumæorum, Amalekitarum reges gesserunt; de Assyrii monarchæ iugo nec fando audierant. Bis David firmo prælio ad *a* Euphratem conflixit,

A 6

flixit,

Eusebium Præp. Eu. I. c. 9. refert, Semiramidæ circa Troica tempora, aut paullo ante, floruisse. *a* cum Hadalsare, qui rex Zobæ fuit, id est traus Palmyreni, vt Rochartus exponit, non Sophenes, vt Iosephus, ingens prælium ad Euphratem David commisit, 2. Sam. 8, 3. iterum cum huius sociis Damascenis *πολλαῖς μάχαις* crebris præliis vario loco dimicatum, tandem *παρὰ τὸν Εὐφράτην* ad Euphratem debellatum fuit, vt Nicolaus Damascenus apud Iosephum 7. Antiq. c. 6. tradidit,

fixit, & sæpius in Damascena, cui stationarios etiam imposuit, & Syriam sibi vectigalem fecit: ea vero Assyriorum patientia erat, ut tantos motus ferrent, si ditionis ipsorum vel hæ fuerunt, vel finitimæ regiones? quas non prius ad ius satrapæ vocatas scimus, quam Achasi rogatu Tiglatpilesar, Rezeno ciecto, finem regno Damascenorum attulit. Tum creuisse Assyriorum potentiam, certum est, & captiuos in *a* Mediam deportatos *b* reductosque inde, qui vrbes desertas incolebant, quod argumento multis est, necdum, Medos illa tempestate defecisse, quod sub Asar-

a Præter diuinas scripturas, omnibus notas Iosephus 9. Antiq. 14. de Salmanasare; πάντα τὸν λαὸν μετέκισεν εἰς τὴν Μηδίαν καὶ Περσίδα, uniuersum populum in Mediam & Persidem traduxit. Pariter c. 13. de Tiglatpilesare, τοὺς Δαμασκηνοὺς ἀπέκισεν εἰς τὴν ἀνω Μηδίαν Damascenos in superiorem Mediam deportauit.

b Iosephus 10. Ant. c. 11. Χουδαλαὶ ἕδρος οἱ πρότερον ἐνδοτέρῳ τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδίας ἦσαν, Cuthæorum gens (nouæ Samaritæ coloni) quæ prius in intima Persidæ & Media fuerant.

Asarhaddone demum, quem a Sardanapalum putant, euenisse, persuasum habent. Nihil in tam dubiis rebus, & ipsa antiquitate obscuris, definimus, præcipuas chronologorum sententias in Tabulis nostris distincte definiteque proposituri, ut quisque eligere possit, quam sacræ scripturæ historiis, hoc est, veritati conuenientem putabit.

a quasi ex פול חרוד אסר חלדון *Asar Haldon Pul*, quod demus ἀφάνοις aut aspiratiuis litteris, quarum nullam rationem Græci habent, pronuntiatur *Sar don Pul*, vnde Græci efflaxerunt *Σαρδανάπαλος*. *Pul* enim sine *Phul* nomen regium esse, nemini ignotum. Hæc vir clarissimus Christianus Schoranus in Parte II. Biblioth. Hist. Sacr. Vet. Testam. tam ex suo, quam Genebrardi ingenio, late persequitur.



REBUS PERSARVM.

S. I. *Cyrus regni Persarum conditor.*

CYRVS, obscuri patris, at regiae matris filius, Persis aduersus auum Astyagem sollicitatis, orditur, monarchiam Persarum, & capta Babylone, victoque Cræso, Lydorum rege, ipse tandem a Tomyri, a Scytharum regina, obtruncatur, haut clarior princeps triumphis maximis, quam redita Iudæis libertate.

S. 2. *Eius filius Cambyses. Magi regnunt. Darius Hystaspis, ab Atheniensibus victus, in Iudæos benignus.*

CAMBYSES patri Cyro succedit crudelis fraticida, & *b* religionis

con-

a Cyri res gestæ ex Herodoto, Diodoro, Trogo notissima. Quæ heic regina memoratur, Mafagetis imperavit secundum Herodotum, quæ de necis genere eadem narrat, vix Iustinus in Trogi epitoma: Diodorus autem Siculus lib. 2, c. 44. τὸν Κύρον, αἰχμάλωτον γενόμενον ἀνεσάυρωσε, *Cyrum*, inquit, *captum rati adfixit*. Lucianus in Macrobiiis, mærore ex filii moribus, senem admodum mortuum, fide aliorum refert.

b Bene factum, quod Aegyptiorum deos, superstitione

DE REBUS PERSARVM. 15

contemptor. *a* Edicto Iudæos cohibet, ne templum reedificent. *b* Aegypti accessione imperium Persarum auget. Ab huius morte MAGORVM regnum interuenit, post septem menses destructum. Nam fraude illorum detecta, DARIVS, HYSTASPIS filius, equi hinnitu rex electus, primum aduersus *c* Babylonios, dein in

siuione offensus, Cambyfes euertit: impietate autem non caret, quod ethnicus homo communes deos, Iouem & Vulcanum pariter spoliatum iuit. *Herod. 3, 25, 37.* De sepulcris violatis Herodorus c. l. & Diodorus in Excerpt. Valef. p. 249.

a Tribuit Iosephus lib. 1. c. 3. Cambyfi edictum prohibitorium, quod Artaxerxi Longimano Scaliger, a quo discedimus, argumentis inducti in Dario proferendis.

b Aegypti, gens antiquissima, suis regibus suoque iure vsi sunt usque ad Nebucadnezaris victoriam: post excusserunt Chaldaicum iugum, ad quod Cambyfes reuocauit, cum Amasis, expulso Aprie, rebus praesset.

c Magorum interregni occasione Babylonii rebellauerant. *Herod. 3, 150.*

in *a* Scythas, mox contra Ionios profiscitur, quibus dum *b* Athenienses auxilia mittunt, bellum inter Persas & Græcos exoritur, in quo Miltiadis ductu rex incredibilem cladem in campo *Marathonio* accepit. Hic in Iudæos benignus fuit, eo-
que regnante *c* templum restauratum,
operas

a Scythas Europæos intellige, nam Thraciæ Bosphoro trajecto, *Poly.* 4. c. 43. & ponte in Istro facto, *C. Nep.* 1, 3. in eos movit. Facilius autem tam longinqua expeditio fuit, quod Persis, Cræso victo, Asia cis Taurum pleraque parebat.

b Athenienses xx naues auxilio Ionibus miserunt. *Herod.* 4, 97.

c Templi instaurationem ad Darium Nothum differt Scaliger, & qui eum sequuntur. Malumus veteres sequi Iosephum & Eusebium, & recentium acutissimos Ludou. Capellum in *Chron. V. T.* & illustrem auctorem Partis I. *Hist. Eccles. Gothanz*, qui expeditis rationibus sententiam suam approbauerunt. Neque probabile est, ad Nothum Darium a Cyro usque, ædificationem per integrum sæculum impeditam esse, cum sic Iudæis grauior post liberationem cessatio fuisset, quam ipsum LXX, annorum exilium.

operas urgente prophetarum pari, Haggai & Zacharia.

XERXES expeditionem in Græcos exercitu numerosissimo, etiam maribus & montibus perfossis, a ponte constratis, instaurat, non feliciore tamen, quam pater, successu. Nam ad *Thermophylas* a Lacedæmoniis terrestri prælio, & bis nauali, ad *Artemisium* & *Salamnia*, Themistoclis Atheniensis virtute superatus, & ad fugam compulsus fuit. Nec dux eius Mardonius, cum reliquis exercitus in Græcia relictus, fortuna meliore usus est, Pausaniæ Lacedæmonii auspiciis ad *b* internecionem apud Platae.

a Exaggerant Græci, quæ in Hellesponto & monte Atho molitus Xerxes est. Illud vero non novum, sed a patre etiam Dario, cum in Scythas moveret, in Bosphoro Thracio institutum. Polybius 4. c. 45. *Δαρείον ζεύξαι φασὶ τὸν πόρον, καὶ ὄνυχρον ἐποίητο τὴν ἐπὶ Σκύθας διέβασιν.* Adde Herod. 4, 87.

b Iustinus 2, 14. fuga evasisse: Diodorus II, 13. & Nepos 4, I prælio cecidisse tradunt. Marm. Arundell. v. 68. ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ ΕΤΕΔΕΥΤΗΣΕΝ ΕΝ ΤΗ ΜΑΧΙ.

Plataeas Bœotiae deletus, Eodem a die apud *Mycalen*, Ioniae promontorium, & post *b* paullo, Cimone duce, apud *Cyprum* mari, & iterum terrestri prælio ad *Eurymedonta*, Pamphyliae fluuium, Persæ a Græcis victi sunt & profligati.

S. 4. *Artaxerxes Longimanus*, occisi patris ultor, iudæis benignum se præbet.

ARTAXERXES
LONGIMANVS,
Xerxis filius, inter-

fecto patri sufficitur, cuius manibus, etiam fratris natu maioris, parricidarum sanguine parentat, Themistoclem patria

cie-

a Ita forte accidit, vt Persæ eodem die & in Bœotia funderentur terrestri prælio, duce Pausania; & nauali ad *Mycalen*, ducibus Leoty- chide Lacedæmonio & Xantippo Atheniensi, non Cimone, vt Nepos habet. Adi Diodorum Sic. II, 35. Iustin. 2, 14.

b Post paullo παραρχήμα Diodor. Sic. II. c. 61. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Thucydes lib. 1. p. 66. eodem die Nepos 5, 2. 2. sed corrigas vel deleas in Nepote vocem, *Mycalen*. vide notata Bosio. Vtrumque prælium Xerxe supertite factum, ex ordine historiarum Diodori, & Iustini lib. 2. extremo manifestum; sub Artaxerxe posuit Eusebius in Chron. quem Vsserius sequitur. p. 191. & Chytræus in Chronologia Thucydidis.

iectum suscipit, nec non Iudæis in patriam reuertendi potestatem dat, euntque permissu eius Efras, & interiecto tempore Nchemias Hierosolymam.

Aliquot mensi- *s. 5. Obscuri reges:*
um interueniunt. *Xerxes, Sogdianus, Da-*
reges, XERXES Arta- *rius Nothus.*
xerxis filius, a fratre SOGDIANO interfe-
ctus: quem breui interuallo Ochus, etiam
frater, post DARIVS dictus, cognomine
NOTHVS, & vita & regno spoliavit.
Hic *b* foedus cum Lacedæmoniis inuit ad
opprimendos Athenienses eo tempore. quo
Peloponnesium bellum acerrime gerebatur.

ARTAXERXES *s. 6. Artaxerxes fra-*
a felicitate memo- *tris & Lacedæmoniorum*
ria MNEMON di- *victor.*
ctus, vincit *c* Cyrum fratrem, imperii
æmulum, *d* Lacedæmoniorum suffultum
auxi-

a Vid. Diod. Siculus & Ctesias. Sogdianus etiam
Secundianus quibusdam dictus.

b Thucydides l. 8. p. 560 & 586. edit. H. Steph.

c De quo bello Artaxerxis adversus Cyrum fra-
trem, consule, præter Xenophontem, Diodo-
rum Sicul. 14. c. 23. seqq.

d Decem millia Spartanorum ducebantur
in

auxiliis, a quibus ipse postmodum, Agefilao duce, lacessitus, Cononis Atheniensis virtute se tuetur, & ad *a* pacem petendam Spartanos cogit.

s. 7. Artaxerxes Ochus, eius filius Arses & Darius Codomannus, ultimus rex Persarum.

Ad finem pro-
perabat Persarum
monarchia, cum
ARTAXERXES

OCHVS, Mnemonis filius atrox & saeuus, Phoenices & *b* Aegyptios in ordinem redigeret, cui filius *c* ARSES a Bagoa

in Persiam, & extincto Cyro, cui auxilio venerant, reducebat Xenophon, non minus dux fortis, quam clarus historicus.

a Pax haec *Artaeida* dicitur, vt in rebus Graecorum ostendamus.

b Aegyptii, a Cambyse subacti, rebellarunt vltimo Darii Hytaspis tempore *Her. d. 7, 1.* & mortuo Xerxe, *Diodor. II, 71* sed hi motus cito compressi sunt. Deinde sub Dario Notho *G. Syn. II, p. 255.* ex quo tempore non ad Persiam reducti sunt, priusquam Ochus cogeret, extincto rege Nectanebo, *Diodor. Sicul. lib. 16. a. cap. 46.*

c Varie nominatur: Hieronymo in *Dan. 9. Aragus*, rex anni vnus: Syncello *p. 256. Narses*, qui fratrem Ochi vocat, & quatuor annos

Bagoa patris percussore suffectus, & breui post ab eodem interfectus cum omni regia prole fuit. Itaque DARIVS COMANNVS, ex milite rex, successit, tribus præliis, ad amnem *Granicum*, & in *Cilicia* faucibus, & ad *Arbela* ab Alexandro Magno devictus, & Asiæ regno spoliatus.

nos tribuit, vt etiam Eusebius: Certior his Diodorus 17, 5. qui nominat *Arsen*, Ochii filium natu minimum, tertio anno ab eunuchō Bagoa, patris stratego & percussore, oppressum.

* De Ahasvero, Estheræ marito, tot fere sententiæ sunt, quot Persarum reges, aut plures etiam, nam Darium quoque Medium cum Estherâ iungunt, *Syncell. p. 232.* Missis veterum discordiis, quid summi nostro ævo viri censuerint, sufficiat attigisse. Scaligero est Xerxes, & Esther, vxor eius *Amisio*, neutro nomine ablutente. vid. de emend. I. pag. 555. Vsserio Darius Hystaspis, qui Sulis, vbi contigerunt, quæ de Estherâ scripta prostant, præcipue sedem habuit: Lud. Capello Artaxerxes Ochus forsan quod Haman *Macedo* in apocrypho Estheræ c. 5, 10, 14. appellatur, quod ante Philippi tempora vix dici potuit. Alii in Longimanum Artaxerxem inclinant. Vid. *Histor. Eccl. Goth.*

LIBER

DE

REBUS GRAECORVM.

S. I. *Bellum Argonau-
ticum, Primum Troia
excidium.*

Antiquissimum
Græciæ bel-

lum, quod scriptis celebratum fuit, est
a Argonauticum, quo Iason, Aesone, re-
gis Thessalorum Peliaæ fratre, genitus, naui,
solito more, quæ *Argo* dicta fuit, in
Colchos cum Hercule, Dioscuris, Or-
pheo aliisque profectus est, & aureum in-
de vellus, toto orbe celebratissimum, Me-
deæ ope abstulit. Redux Hercules a Lao-
medonte delusus Troiam expugnasse dicitur,
quod *b* primum Troiæ excidium est.

Bre-

a Argonautarum expeditionem Eusebius cum
temporibus Gideonis, Ebraorum iudicis com-
ponit. Hanc præter Apollonium Diodorus
lib. 4. cap. 41. enarrauit. Quantis vero fa-
bulis obsecrata sit, vel illud arguit, quod Istro
aduerso Iasonem *Itliam* adnauigasse, quidam
tradiderunt, fingentes Istri partem in Adriam
effundi. vid. Strabo l. 1. c. 39.

b Hercules equos Laomedonti regi Troiano, cre-
didisse fertur, cum in Pontum proficisceretur,
quos

DE REBUS GRÆCORVM. 23

Breui post tem- *s. 2. Bellum Troia-*
 pore exortum est *num non est fabula.*
 alterum maioris famæ Troianum bel-
 lum, quo Troia propter Helenam, a
 Paride raptam, Græcorum armis aut
 dolo capta & incendio deleta, aucto-
 ritate Homeri & poetarum sequacium
 creditur. Contra Dio Chrysoſtomus
 ex Aegyptiorum annalibus prodidit,
 Heenam, Spartani regis filiam, iuſtis
 nuptiis fuiſſe Paridi Troiano iunctam,
 Menelaum vero, Agamemnonis Ar-
 giui fratrem, Græcos ad Helenam armis
 repetendam permouiffè, qui tantis adfe-
 cti fuerint cladibus, vt pacem vltro pete-
 rent, & Ilieni Mineruæ tropæo, ligneo
 equo, erecto diſceſſerint, florente & victri-
 ce Troia, in patriam. Sed quoquo mo-
 do res geſta fuit, non temere vulgaris
 opinio reiicienda eſt, niſi pleroſque La-
 tinos & Græcos ſcriptores, qui illa
 nitun-

quos ille re-poſcenti negauit. Hæc cauſa belli,
 quo Laomedon occiſus, & Troia vaſtata fuit,
 ſi fides fabulis habenda. Vid. Diodor. 4, 50.
 Seruius in Æn. 8, 251. Euseb in Chron.

nituntur, velimus reiici. Troiæ autem ruina plus ccc annis Romæ initium anteiuit, quo tempore ius *a* Iephtha Ebrais dicebat.

s. 3. Regula ciuitatum Græcia. Eidem liber. tas restituta. Aemulatio Athenarum & Lacedæmonis. Ea tempestate *b* regulos, habebant singulæ ferme maiores in Græcia ci-

uitates: postea, abolito regum imperio, libertatis erant studiosissimæ, quam Athenæ Solonis legibus, Lacedæmon Lycurgi institutis sic firmatam habuere, vt numerosissimas Persarum copias non semel acie fuderint, insulis quoque & transmarinis prouinciis in potestatem suam

- a* Vsserius extrema Iephthæ ætate ponit: Eusebius sub Labdone tertio post Iephtham, XI vel XII annorum interuallo. Quod notior Iephtha, huius imperio definire excidium præstat.
- b* Sicyoniorum & Argiuorum reges ex primis & fabulosis temporibus apud Eusebium & Syncellum repetuntur. Atheniensium præ cæteris tres incliti fuere, CECROPS, qui primus regnavit: THESEVS, popularis, qui medio tempore: & CODRVS vltimus, qui mortem pro patria oppetendo consecutus est, vt nullus post se rex Athenis crearetur.

suam redactis. Inprimis Miltiadis, Themistoclis, Cimonis, Atheniensium, virtus tantam patriæ laudem conciliauit, vt æmulationem ciuitatum, Lacedæmonix præsertim, prouocauerit, quæ tandem in a *Peloponnesum* bellum erupit, quod varia fortuna gerebatur, Atheniensibus victoribus ad *Naupactum*, *Argos amphibichium*; Spartanis ad *Amphipolin*: induciis etiam nonnunquam sopitum, sed iterum resuscitatum fuit, donec in *Siciliam* deuolueretur, vbi Syracusani, a Lacedæmoniis adiuti, Athenienses ita concusserunt, vt ægre postea rem suam pristinatamque dignitatem defenderent. Vicerrunt quidem ad *Abydum* & *Cyzicum* Alcibiadis, ab exilio recepti, auspiciis; & nouissime ad *b Arginusas* insulas: victi vero sunt apud *Cymen* iterum apud

B

Myti-

a Prælia huius belli peculiari Tabula exhibemus, auctoribus subnotatis, qui singula scripserunt.

b Insulæ sunt inter Mitylenen & Cumam, exiguo a continente intervallo. *Diod. Sic. 13. 97.*
Ant,

Mitylenen, & tandem a Lyfandro ad *Aegos potamos* profus debellati & omnibus rebus exuti sunt, muris quoque urbis euerfis & praefectis xxx. viris, qui miſeris imperitarent. Horum tamen tyrannide Thraſybulus liberauit, & lata obliuionis lege, libertatem civibus reduxit.

s. 4. *Lacedaemonii a Perſis viſſi pacem petunt, eorumque vires a Thebanis franguntur.* Interea Spartani, Graeciae principatu haud contenti, Artaxerxi Mnemoni bellum, Agesiſtao

duce, inferebant, quos Conon Athenienſis, Perſicae claſſi praefectus, apud *Cnidum* concuſſit, vt contemni a finitimis, & bello peti coeperint. Agesiſtao quidem proelio ad *Coroneam*, nutantes res fuorum quodammodo ſeruauit, non autem ita firmare potuit, ne pacem cogerentur a Perſis petere, quae *b Antalcida pax*,
ex

a. Nepos, 6, 1. & 7. 8. *Aegos flumen*: Graeci ſepe pluraliter *ποταμοι*. in Chersoneso Thraciae locus est, haud procul Sesto, quo viſſi terreſtri fuga dilapſi ſunt. *Diodor.* 13, 106. Adde, quae ad Nepotis Lyſandrum cap. 1. adnotauimus.

b. Pax hac conditione a rege datur, vt Graecae

ex legati ad regem nomine, appellata fuit. Maxime Thebanis Lacedæmonii, elate se gerentes, inuisi erant, qui, Pelopida & Epaminonda ducibus, ita illorum res pugna & *Leuëtrica* & proelio ad *Mantineam* adfixerunt, vt nunquam illas recuperare poterint,

B 2

Sub

cæ per Asiam ciuitates sub regis ditionem redeant, quod τὴν τῆς Ἐλλάδος ὑπερ ἡμῶν ἀποδο-
clav probum *Græciæ* & proditionem potius, quam pacem, Plutarchus appellat. Acceperunt pudendam conditionem Spartani, indignantibus Thebanis & Atheniensibus, qui tandem etiam, vt impares tanto regi, pacis leges recipiunt. *Diodor. 14. 111. Plutarch. in Artaxerxe p. 1022.*

a Lacedæmonii, Olynthum copias per Bœotiam ducturi, Cadmeam arcem in itinere occupant, eieciis Thebanis. Hinc bellum nascitur, eiusque proelium I. ad Thebas, Chabriæ auxiliorum ducis, inuento illustre, *Nep. 12. 1. Diod. Sic. 15. 32. II. iterum ad Thebas, cedente Agefilao. Diod. cap. 34. III. nauale ad Naxum, c. 34. 35. IV. ad Orchontenum, c. 37. sed V. ad Leuëtra, & VI. ad Mantineam, omnium clarissima & multis scriptoribus prædicata.*

s. 5. *Bellum Corinthium a Lacedæmoniis cum Atheniensibus & Corinthum aliis gestum.* Sub idem fere tempus bellum ad a Corinthum gestum fuit, dum exules

Corinthios defendebant Spartani: oppidanis studebant Athenienses, Thebani & Argiui. Tandem post octo annos prævaluerunt Lacedæmonii, & exules restituti sunt.

s. 6. *Bellum sociale ab Atheniensibus gestum.* Atheniensesb *Sociale* bellum contra Byzantinos, Chios, Rhodios, Coos, quod a societate defecerant, acerrime gesserunt, tandem Persici auxilii fama, quod hostibus veniret, ad pacem ineundam commoti.

Vlti-

n Hoc Corinthium bellum Diodorus 14, 87. scripsit, Nep̄s in Agesilao c. 5, & Iphicrate c. 2. attigit. Est & aliud hoc antiquius, quod Diodorus 12, 30. etiam Κορινθιακόν appellat, sed verius *Corcyraum* vocari potest, quia propter Epidamnum coloniam in Corcyreos Corinthii gesserunt. Hoc proxime exceperit Peloponnesiacum.

b Sociale bellum Nepos in Iphicrate c. 3. & Chabria c. 4. memorauit. Scripsit fufē Diodorus Sic. 16, 21. Durauit annos IV, Græce δicitur *τῆς συμμαχικῆς πόλεως*.

Ultimum bellum s. 7. *Bellum sacrum,*
 Græciæ liberæ fuit *Græcia antea libera*
a Sacrum, a The- *Philippo seruit.*

banis & fociis aduersus Phocenses, templi
 Delphici expilatores, gestum, quo PHI-
 LIPPVS Macedoniæ auxilii specie, The-
 banis contra sacrilegos ferundi, sic liberta-
 ti omnium insidiatus est, vt contentiones
 ciuitatum aleret, & inferioribus auxilia fe-
 rendo, victos pariter victoresque regiam
 seruitutem subire cogeret, quod potissimum
 consecutus est *b Olynthi* excidio &
 proelio ad *c Charoneam.*

Philippo in nu- s. 8. *Græci ab Ale-*
 ptiis filix interfe- *xandro M. ad officium*
 cto, libertatis spe *reducti. Huius res ge-*
 se Græci erigebant, *sta & mors.*

B 3

quot

a Iustinus lib. 8. plenius scripsit belli huius ori-
 ginem. Græce *ἰσθὸς πόλεμος*, Diodor.
 16. 23.

b Diodor. 16, 54. Iustin. 8, 3. Demosth. in O-
 lynth.

c Athenienses, Demosthenis excitati Philippicis,
 societate cum Bæotis inita, libertatem defen-
 sum ibant: sed visâ Philippo principatum
 Græciæ cesserunt. *Diodor. 16. 75. 76.*

quos in ordinem, a *Thebis* euerfis, redegit ALEXANDER filius, postea *Magni* nomen rebus ex gestis consecutus, qui compositis Græciæ rebus, in Asiam transuectus, Darii copias, vltimi Persarum regis, ad flumen *Granicum* vicit, & in *Ciliciam* progressus cum ipso Dario confligit, & Tyro stupendis operibus expugnata, Alexandriam Aegypti condidit. Tandem omni orientis robore ad *Arbela* profligato, & Dario in suorum insidias illapso, ad Indum vsque & Oceanum profectus, barbarorum, quos vicerat, mores induebat, diuinis quoque honoribus expetitis. Babylonem vero regressus praematura morte immoderatæ cum luxuriæ, tum crudelitatis, tum maxime diuinitatis adfectatæ, pœnas dedit.

Tum

a Thebani defecerant, cum Alexander in Triballis & Illyriis ageret, in quos ideo grauius animaduertit, ne quid metuendum in Græcia, in Asiam profecturus, relinqueret. Vrbs *κατεράκη* diruta est, ciues sub corona venditi, seruatim Macedonum hospitibus & familia Pindari poetæ. *Plutarch. & Arrian. l.*

Tum Græcorum *s. 9. Imperium Alex-*
andri diuisum.
 monarchia in plura regna diuiditur, Macedonicum, Aegyptiacum, Syriacum, & secundum nonnullos Asiaticum.

Macedoniæ AN- *s. 10. Regnum Mace-*
donicum. Antipater,
 TIPATER, sicut viuo Alexandro, ita quoque post fata eius *Arideus Philippus, & Olympias.*

præfuit, & bellum cum Atheniensibus a *Lamiacum* gessit, quamuis insignia

B 4

a Alexandro mortuo, Athenienses, quod diu moliti fuerant, bellum Macedonibus pro libertate inferunt, pellectis in societatem plerisque Græcorum, Antipater, Macedoniæ præses, acie victus, *Lamiæ*, quod Thessaliæ oppidum est, confugit, & diu obsessus liberari non prius potuit, quam Leosthene, Atheniensium duce, inter oppugnatores occiso, auxilia transmarina aduenirent. His quoque Græcorum virtute profligatis, Craterus ex Cilicia cum veteranis euocatus res nutantes stabilivit, & secundo proelio Atheniensium socios cœgit, vt pacis leges ab Antipatro acciperent. Tandem quoque Athenienses cedunt, cum in se solos bellum incumberet, viderunt. *Diodor. 17. III. & 18. 9. seqq. Iustin. 13. 5.* quanquam hic in nomine oppidi errauit.

gnia regni vel ARIDAEVS PHILIPPVS, vel huius æmula OLYMPIAS, Magni mater, tum temporis possideret.

s. II. *Post hos Cas-* Antipatro mortuo, *sander aliique regnant* CASSANDER fili-
maximam partem ob- us regnum inuasit,
scuri brevisque tempo- sæuus in Alexan-
ris reges.

dri matrem, a coniuges, filios. Post hunc DEMETRIVS Poliorcetes, Antigoni filius, Macedoniam occupauit, cui PYRRHVS Epirota eripuit, & huic LYSIMACHVS Thraciæ rex; Lysimachum vero SELEVCVS Syrus prælio victum vita & regno exiit: Seleucum PTOLOMAEVS

¶ Eadem matris, uxorum, filiorum scripsit Iustinus 14, 6. & 15, 2. nominatim Pausanias in Bœor. p. 287. τοὺς παῖδας Ἀλεξάνδρου τὸν τε ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλῶα, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν ἐκ Ρωξάνης ἀπέκτεινεν ὑπὸ Φερμαίωνων, filios Alexandri, Herculem ex Barsine, & Alexandrum ex Roxane susceptos, veneno Cassander sustulit. Hercules tum erat XVII. annos Diodor. 20, 20. non XIV. natus, ut habet Iustinus. In Olympiadis etiam supplicio dissensus, quod Pausaniæ est καταλέυσαι lapidibus obruere: Iustino confodere, sicut etiam Diodoro, 19, 51. κατασφάξαι iniulare.

VS **CERAVNVS** post septem menses, qui in Lyfimachi viduam, sororem suam, filiosque eius crudelis, a Gallis captus vitam ferro, vt meruerat, amisit. **SOSTHENES** Gallos compescuit, post mensium aliquot vel dierum reges, **MELEAGRVM** & **ANTIPATRVM**, principatum adeptus. Macedonia enim *b* praeda erat quorumuis inuadentium, & nomen solum Macedonici regni reliquum erat; virtus quasi cum Alexandro exstincta, in dies decrescibat, vt ne parum sustineri hostes, ne dictam superari, potuerint. Poliorcetae enim filius *c* **ANTIGONVS GONATAS**.

B 5

TAS.

a Ceraunus cognominatus *διὰ τὸν αἶγαν τοῦ ἀπρόν*, propter summam audaciam, Pausan. Phoc. pag. 335. Filius fuit Ptolemæi Lagi ex Buridico, quem pater emisit, vt alteri ex Berenice plus amata filio Aegypti regnum. seruaret.

b Prædationes iam recensitas plenius narrauit Iustinus libris 16. 17. 24.

c Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς, Polyb. 2. 43. varia fortuna vsus. Primum eiectus a Ptolemæo, Cerauno Iustin. 24. 1. iterum a Pyrrho, idem 25. 3. etiam

TAS, & nepos DEMETRIVS ægre regnum defendere, Græcosque in fide tenere potuerunt: pronepos vero a PHILIPPVS hoc solo nomine illustris est, quod a Romanis victus fuit; & huius filius PERSES, quod ab Aemilio Paulo in triumpho ductus est.

§. 12. *Pseudophilippus* Non autem gentis victus. *Finis regni Macedonici.* spiritus suppressi omnes erant, ut nihil negotii Romanis ultra facerent. *b* PSEUDOPHILIPPVS enim, dubium liber an seruus,

etiam a Pyrrhi filio 26. 2. nihilominus aliquando recuperavit regnum (ἀνεώσατο τὴν ἀρχὴν) *Pausan. Attic. pag. 15.* Peloponnesios subegit, *Iust. 26. 1.* Gallos cecidit, *c. 2.* cui victoria ἐκλείετον gloriose immortalis, *Plut. in Alcide p. 819.*

a Hic aliquandiu sub tutore ANTIGONO fuit, Spartanorum victore *Iust. 28. 3. & 4.* qui Δάσων cognominatus est ὡς ἐπαγγελτικός μὲν, ἢ πτελισιργός δὲ τῶν ὑποσχέσεων quasi promissor, non effector polliciorum. *Plutarch. in Aemil. Paulo p. 258.*

b Hinc & Cicero pro Muræna c. 14. *Pseudophilippum* appellat. *Ammianus Marcellinus lib. 14. extremo: Fortuna Adramytenum Andri-scum, in fullonio natum, ad Pseudophilippi nomen euexit,*

nus, mercenarius certe, Thraciæ viribus validus Romanum *a* prætorem profligavit, cui Q. Metellus, inde *Macedonici* nomen consecutus, catenas dedit, de eoque haud secus, ac vero rege, triumphavit. Ex quo tempore Macedonia in formam *b* prouinciæ Romanæ redacta fuit.

Hactenus Macedonum res in Euro. *§. 13. Alia regna post Alexandri obitum orta.*

pa: restant Ægypti, Syriæ, Asiæ regna, ab eisdem Macedonibus post Alexandri excessum instituta.

PTOLEMÆVS *§. 14. Regnum ægyptiacum. Ptolemæus Lagi primus rex eiusque successores. Iudeorum in Ægypto templum.*
*e*LAGI filius (a quo commune *d* PTOLEMAEORVM & LA-

B 6 GIDA-

a Iuuentium prætorem, *Flor. 2, 14. Eutrop. 4, 6.*

b Perseo victo Macedonia ordinata quidem, non autem prouincia facta, sed libertati relicta fuit: *Lin. 45, 29. Sigon. de Prou. I, 8* post Andriſci sine Pseudo-philippi rebellionem libertas adempta.

c Dicitur etiam Ptolemæus *Soter*, quod cognomen ab Æthodiis accepit *Pausan. Att. p. 7. καλῶσι τὸν τῆς Λάγου Σωτῆρα παραδόντων Ῥοδίων τὸ ὄνομα.*

d Singulis Ægypti regibus est *Ptolemæi* nomen, nos sola cognomina, quibus differunt, expressimus.

GIDARVM nomen est) primus post Alexandrum Aegypti rex, Cyrenis, Phœnice & Palæstina quoque subactis, ingentem a Iudæorum numerum in Aegyptum deportat, quos filius PHILADELPHVS b benignius habet, & bibliothecam c conquirens, diuinas scripturas, ab Iudæis adseruatas, d Græce conuerti iubet. Callinico EVERGETES e sororem vlturus Asiæ partem eripit, tandem ipse a filio PHILOPATORE, Antiochi magni ad Raphiam victore, sublatus. EPIPHANI Cleo-

a Iosephus 12. Antiq. c. 1.

b Iosephus 12. Ant. 1. ἀπέλυσε τῆς δουλείας liberos esse iussit.

c Studio & opera Demetrii Phalerei numerosissimam bibliothecam collegit. Ioseph. c. 1.

d Falluntur, qui Lagidæ siue patris auspiciis hanc versionem tribuunt, vt Irenæus & Clemens apud Scalig. in Euf. p. 122. & Philadelpho filio Iosephus c. 1. & Aristobulus Peripateticus apud Euseb. Præpar. Euang. 13. c. 12. vindicant.

e Berenicen, sororem Ptolemæi, interfecerat Callinicus, Iustin. 27. 1. Polyb. 5. 58.

Cleopatra, Antiochi M. antea hostis filia, amissa in Phœnice & Cœlesyria *a* dotis nomine (dolo quidem soceri, sed irritò) reportat, quæ ut maiore in *b* maritum, quam patrem; ita minore in PHILOMETOREM filium pietate fuit, cui dum fratrem in successione præfert, parum absuit, quin *c* Antiochus Epiphanes, quasi ab injuria pupillum defensurus, tota pæne Aegypto potiretur, ab Alexandræ obsidione Romani senatus auctoritate, quam *d* Popillius ostentabat, difficulter reiectus. Philometori regnum confirmatur: frater, qui PHYSCON postea & *e* EVERGETES II dictus fuit, *a* Cyrenas regundas

C 7

a Ioseph. 12. c. 3. Polyb. Leg. §2 Nuptias Raphiæ celebratas etiam Liviùs memorat 35. 13.

b Hieronymus in Daniel 11.

c Polybius Regat. 81. seqq. Hieronymus in Daniel. 11. ex Porphyrio

d Cicero Phil 8. c. 8. Liu. 45. 12. Vell Paterc. 1. 10

e Strabo l. 17. ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκα καὶ προαγορεύσει. Adde infra Tabulam Lagidarum.

das accipit. Onias hoc tempore Iudæorum sacerdotio exclusus, in Aegypto *b* templum patrio simile, permisso regis ædificat, quod CCXXII. annos Judæis Aegyptiis sacrosanctum fuit.

§. 15. *Subsequentes Aegyptii reges: Physcon, Lathurus, Alexander, Auletes & Ptolemaus a Julio Casare victus. Finis regni Aegyptiaci, mortua Cleopatra.*

Adhuc patri in Aegypti regno semper filius successerat.

Mortuo autem Philetore frater

Physcon Cyrenis

reuocatur, homo *c* impurus & multiplex parricida, quo extincto, APION

nothus

a Non contentus Cyrenarum regno, Cyprum etiam fratri adimi, sibi que dari ab senatu R. postulauit. *Polyb. Legat. 113.* non autem impetrauit, senatu quidem concedente, e cuius re erat potentiam diuidi; repugnante autem fratre, *Legat. 115, 116, 117.* & bello ad æquitatem animi digente, *Diodor. in Excerpt. Val. pag. 336.*

b In tractu Heliopolitano, loco, qui inde Onion dictus fuit. Dirutum & sub Vespasiano. Vid. Iosephus 7. *Bell. Iud. c. 37. Gr. (30 Lat.) & 13. Antiq. Euseb. in Chron. cum notis Scalp. 132. Hieronymus in Dan. 11. 14.*

c Impuritates huius monstri, non hominis, & inaudita parricidia scripsit Iustinus 38, 8.

nothus Cyrenaicum possides ; ex regio *a* matrimonio LATHVRVS inuita matre Aegypto imperat, eiusque odio *b* expulsus ALEXANDRO, minori fratri, aut matri potius Cleopatraz, regno cedit, quod ab ipso, quem amauerat, filio necato iterum possidendum Lathuro relinquit. In huius filios non pari adfectu Romani sunt, maiori, *c* DIONYSIO, AVLETÆ cognomine, regnum, quo *d* exciderat, per *e* Gabinium restituen-

a Aut incestu potius. Cleopatra enim Philometoris filia, quæ matrem ex toto Physconis, vitrici sui, expulerat, Lathurum & Alexandrum impurissimo Physconi peperit. *Iust.* 39. 4.

b *Iust.* 39. c. 4. & 5.

c Dionysus, non Dionysius scribendum, idque ad Auletam nomen, non ad filium, cui vulgo tribuitur, pertinere, e nummis Spanheimius vir summus probauit p. 399. 400.

d quia immentis profusionibus laborauerat, vt amicus & socius P. R. appellaretur. *Dio Cass.* lib. 39.

e G binus Syriæ præses, fauente Pompeio, reduxit regem, *Strab.* 12, *Appian.* Syr.

ruentes: minori PTOLEMÆO lege ^a Clodia auferentes regnum Cyprium. Auletæ filius PTOLEMAEVUS puer, sub rectore eunucho, Pompeium, de patre bene meritum, trucidari iubet, & a Cæsare victus, vitam in ^b Nilo, merso navigio, finiit. Ab huius sorore CLEOPATRA, Antonii amoribus famosa, Aegyptium regnum, vt præmium belli Actiaci, ad Augustum Cæsarem translatum, prouinciæ Romanæ accepit formam, cum *Cyrenaicum*, & ipsam olim Ægyptii iuris, dudum Romani testamento ^c APIONIS possedissent.

Plu-

^a Cicero pro Domo sua cap. 8. lege nefaria Ptolemaum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita, publicasset, populumque Rom. scelere obligasset.

^b Vide Eutropium 6, 17. cum notatis.

^c Apion rex nothus Phylscoris, de cuius testamento adi, si placet Eutropium 6. 9. & Valestii notas ad Ammian. 12. extrem.

Plures a SELEVCIDARVM, quam Ptolemæorum, hoc est Syriæ, quam

§. 16. Syriæ regnum, quod condidit Seleucus Nicator. Eius successor. Facta prouincia romana.

Aegypti, reges progressu temporis fuere: citius vero Syria Romanorum potestati concessit. Cum SELEVCVS b Nicator, qui conditor regni fuit, & filius ANTIOCHVS c SOTER imperarent, totus pene oriens subiectus Syriæ erat: sub nepote ANTIOCHO d THEO rebellant

* Ex Seleuci Nicatoris primi regis nomine, omnes Syriæ reges *Seleucidae* dicti, plurimisque vel Seleuci, vel Antiochi nomen fuit, illud ex patre, hoc ex filio desumptum.

b Nicator in nummis: non Nicanor, ut vulgo scribunt. *Illustr. Spanhem. p. 85. & 375. & Valess. ad Ammian. 14.*

c Σωτήρ dictus, quod Gallos in Asiam se diffundentes represserat. *Apuian. Syr. Idem cognomen est etiam Demetrii in nummis apud Vaillantium.*

d Θεός Deus, a Milesiis vocatus, quos tyranno liberauerat. Sed plures in nummis hoc cognomentum habent Epiphanes & Antiochus VI. vid. Vaillantii Reges Syriæ. Sub hoc tertio rege initia defectionis Parthiæ ponunt Scalliger *Isagog. p. 133. & Vaillant. p. 49.*

runt Parthi, & cum filio eius SELEVCO
CALLINICO, *a* fraternis discordiis ve-
xato, iam prælio certare ausi. nouam consti-
tuerunt rempublicam. SELEVCVM CE-
RAVNVM, Callinici filium, in bello *b* At-
talico extinctum, frater ANTIOCHVS
excepit, MAGNVS cognomine, victor
c ACHAEI cognati sui, sed victus a
Philopatore Aegyptio rege ad *d* Ra-
phiam

a Frater Antiochus HIERAX, Iustin. 27. 2. &
41. 4. De Arsace, auctore defectionis, con-
sulatus Strabo lib. II.

b Attalo Pergameno bellum facturus, *δολοφονηθεὶς*
fraude & veneno perit, cum Taurum transgres-
sus esset. *Polyb* 4, 48. Cognomen CERA-
VNI solus Hieronymus addit in Dan. II.

c ACHAEVS Seleucidarum *συγγενὴς cognatus*
Asiam cis Taurum occupauerat. *Polyb*. 2, 18. &
lib. 3. c. 17 captus supplicio adicitur c. 18.
Nummus Vaillantii: ΒΑΣΙΛΕΩΣΑΧΙΟΥ.

d Raphia Palaestinae, Aegypto proxima, siue pri-
ma Coele Syriae ex Aegypto venienti, *Polyb*.
5. 30. Prælium ingens scripsit idem c. 82. 83.
& Strabo memorauit l. 16.

pbiam, ab Romanis læpius, & omni a
 cis Taurum Asia multatus. Qui sequun-
 tur, solis cladibus, aut malefactis, aut fi-
 ctis nominibus fere noti sunt. SELEV-
 CVS enim, PHILOPATOR & AN-
 TIOCHI, b EPIPHANES ac EV-
 PATOR, & DEMETRIVS quam ini-
 qui Iudæis fuere, expilatores templi, ad pro-
 fanos ritus & carimoniam coactores! Duo
 ALEXANDRI, c BALA & ZEBI-
 NA, d genus mentiti sunt; TRYPHON
 ex tutore oppressor pupilli factus; DEME-
 TRIVS NICATOR a e Parthis ca-
 ptus;

a Linius, Appianus, alii consulantur.

b Quod Cl. Vaillant in nummis observavit, plu-
 res sunt *Επιφανῶς*. Antiochus IV, VI, VIII,
 XI, XII. etiam Seleucis VI. Heic potissimum
 VI. intelligitur.

c ὁ Βαλᾶ rectius, quam *Veles* dicitur: in nummis
 etiam *Θεοπάτωρ*.

d Iulianus 35, 6. & 39. 1.

e Captus videtur ab Arsace V. siue Mithridate, &
 in Hyrcaniam missus: post regis filix matri-
 monio honoratus: dimissus a Phraate successo-
 re *Iustin.* 35. c. 38. 10. 39. 1. *Epit. Liv.* 42.

ptus: frater ANTIQCHVS SIDETES ab eisdem a victus acie, sibi manus intulit. Reliqui Antiochi GRYPVS, CYZICENVS, & horum filii, fraternis discordiis attriti, prout quisque partem regni occupauerat, diademate sumto contra fratres se & agnatos tuebantur, donec Syri, bellorum civilium pertæsi, b TIGRANI Armeniæ regi se dediderunt, quem Lucullus eiecit, Antiocho ASIATICO, PII filio, regnum restitutus, cui Pompeius vt indigno ademit, & prouinciam fecit Romanam; sola c Commagene Antiochis relicta, in qua ad Vespasiani vsque tempora regnarunt.

s. 17. Iudæorum status sub Persis, Alexandro M. Legidis & Antiochis. Idem libertatem suam tuentur, duce Iuda cum fratribus & successoribus,

Eadem expeditione Pompeius in ordinem Iudæos redegit. E Babylonia reducti sub

Perfa

a A Phraate, Parthorum rege sexto. Vaill.

b Iustin. 4. Appian. Syr.

c Commagenus Antiochus primus vel is est, quem Pompeius indignum habuerat, ut toti Syriæ
Præ-

Perfarum imperio suis legibus vtebantur, & ab Alexandro, Asiam Persis eripiente, in *a* fidem accepti, Lagidarum regni post mortem istius, deinceps Syriaci Antiochorum accessio fuerunt, bellis inter vtrosque reges de *b* Coelesyria susceptis misere afflicti. Tandem excusso Macedonico iugo, libertatem tueri Hasmonæis ducibus cœperunt, *c* Romanorum Spartanorumque societate firmati. Inprimis IVDAS cum fratribus, eisdemque successoribus *d* SIMONE & IONATHA & Simonis

a si-

præflet: vel alius Seleucidarum stirpis & familiae Pompeius addidit Seieuciam, castellum trans Euphratem. *Strab. 16.*

a Iaddum pontificem cum sacerdotibus & urbana multitudo obuiam processisse Alexandro, & benigne ab illo habitum, tradit Iosephus II. *Antiq. c. 8.* Quo obuios cum infulis orientis reges referunt ex Iustini II. IO.

b Legationibus & bellis contenderunt Syri, & Aegyptii reges de Coelesyriæ possessione, *Polyb. Legat. 71. 72. 82. & lib. c. 3.* quo etiam prælium ad Raphiam *ibid. c. 86.* & alterum ad Paneada. *Legat. 72.* pertinet.

c I. Maccab. cap. 8, 12. & 14.

d Ionathas ante Simonem imperauit, *Ioseph. 13, 11.*

a filius IOANNES HYRCANVS,
b templi Samaritici in monte Garizim e-
 uerfor, patrias leges atque cærimonias
 propugnarunt, cum Syriæ Demetrius ac
 Sidetes; Aegypti rebus Euergetes II. præ-
 essent. Ioannis filius ARISTOBV-
 LVS regium nomen & insignia sumsit,
 sine quibus principatum adhuc pontifices
 gesserant; post cuius fratrem IANNÆ-
 VM, qui & ALEXANDER est, SA-
 LINA, eademque c ALEXANDER,
 a morte mariti ix. annis regnauit, sa-
 cerdotio in filium HYRCANVM
 collato, cui, matre defuncta, ARI-
 STOBVLVS, minor natu frater, &
 re-

a Filius, non frater, vt Scaligeri Isagoge habet
 p. 15, Vid. Ioseph. l. 13. c. 14. 15.

b Sanballet permissu Alexandri M. genero suo
 pontifici, Hierosolymis ob vxorem alienige-
 nam eiecto, templum in monte Garizim, Sama-
 ritanis sacro edificauit: quod post ce annos
 Hyrcanus destruxit. *Ioseph. II. c. 8. & lib. 13.*
c. 17. Salina Alexandra, Iannæi vxor, videri
 potest eadem, quæ Salome Alexandra, vidua
 Aristobuli primi regis. *Ioseph. 13. 20.* sed di-
 uersa est Vsserio p. 125. ad A. 3892.

regnum & sacerdotium a ereptum i-
bat, quam controuersiam Pompeius dire-
mit, & b Aristobulo catenis victo, Hyr-
canum ea lege regnare permisit, vt in fide
& clientela Romanorum maneret.

Hactenus de re- s. 18. Regnum Ponti
bus Syrorum. Quod & Asia mox expirat.
Ponti & Asia regnum ANTIGONVS, c Eu-
mene victo, instituerat, in eius filio DE-
METRIO POLIORCETA expirauit, pro-
uincias partim ad Syros transiatis, partim
regulorum dominationi concedentibus,
donec singulæ in Romanorum potestatem
venirent.

Nam

a Immo eripuerat maiorem partem, *μικρὸν μέρ-
ος τῆς χώρας*, exiguam regionis partem fratri
relinquens. *Ioseph. 14. 5.*

b Aristobulus Romæ in triumpho ductus. *Eutrop.
6. 13.* aufugit in patriam, captus a Gabinio re-
mittitur Romam. *Ioseph. 14. 11. D. o. 39. p. 117.*
dimissus a Cæsare *Dio 41. p. 161.* veneno sub-
latus a Pompeianis, *Ioseph. 14. 13.* Neque hic,
vt Dio habet l. 48. in nomine errans, sed fi-
lius Antigonus c Parthis in regnum auitum
deductus est.

c Corn. Nep. in Eumene c. 8.

§. 19. *Mithridates eiusque successores, quorum Mithridates, Eupator a Pompeio superatus est. Pharnaces rex Bosporanus. Darius rex Ponti cum successoribus.*

Nam a MITHRIDATES, vir regii generis, e Persia oriundus, ab Antigono vitæ seruandæ causâ in Cappadociam profugit, & castello

munito regni Cappadociæ & Ponti fundamenta iecit. Quartus ex posteris successor *b* PHARNACES cum Eumene & Ariarathe bellum gessit: quintus *c* MITHRIDATES EVERGETES, contra *d* Carthaginenses, missis aliquot nauibus, auxilium tulit, amicus & socius Romani populi, cui filius MITHRIDATES EVPA-TOR siue DIONYSVS, finitimis oppressis, per *e* triginta pæne annos bellum fecit, a Syl-

a Appianus in Mithridaticis.

b De hoc Pharnace Diodori excerpta a Valesio edita p. 202. Pacificationem post bellum Eumenis & Ariarathis Polybius Legat. 59. scripsit.

c Numerus est Appiani: ἕκτος ἀπὸ τῶν πρώτων Μιθριδάτης, ὃς Περσικαῖος ἐπολιμίνοε, sextus a primo Mithridate, qui bellum intulit Romanis.

d Bello III. Punico.

e XL. annos Florus habet 3. 5. XLII. Appianus

a Sylla & Lucullo aliquoties fractus, a Pompeio tandem a nocturna pugna debellatus, qui pontum b Bithyniæ pratori, imposita prouincia, subiecit. Ciuili romanorum bello c PHARNACES, Bosporianus rex, Mithridatis filius, inuasit Pontum, post breuem eius fructum a Cæsare d oppressus Antonius III. vir e DARIUM Pharnacis filium, & intra paucos annos f POLEMONEM, Ciliciæ toparcham,

C

nus principio Mithridatici; Justinus 37. I. XLVI. Plinius 7. 26. ex veteri inscriptione, & Orofius 6. I. XXX; ex Bongarsii calculo (ad Iustin.) sunt XXIX. ex Vsserii XXVI. Rotundus numerus XXX.

a Eutropius 6, 10. ex Plutarcho; Dione, Floro, quos adnotauimus.

b Dio Cass. lib. 37. in summar. & Appianus Mithrid. extrem.

c Huic Pharnaci, patris proditori, Pompeius *μισθὸν μασιφονίας* premium parricidii, regionem ad Bosporum Cimmericum regendam dederat. Dio Cass. 37.

d Appian. Mithrid. extr. Flor. 4. 16. Eutrop. F. 17

e Appian. 5. Ciuil. B.

f Dio Cass. 49. Hinc Pontus Polemoniacus dictus,

parcham, Zenonis rhetoris filium, Ponti regem constituit, quo apud Scythas interfecto, *a* PYTHODORIS vidua, Archelato post nupta, non male regnum administravit, a qua filius POLEMO accepit, quo tandem concedente in *b* prouinciæ formam a Nerone iterum redactum fuit.

§. 20. Pergami reges. Nec Pergamum cum circumiecta re-

gione suis regibus caruit. *c* PHILETÆRVS, gazæ Lyfimachi custos, auctor regni in hac Asiæ parte fuit, & viginti annis imperio vsus, *d* octoginta natus EVMENI, fratris filio, reliquit, quas occupauerat, possessiones, cui post xxii annos ATTALVS, frater patruelis, successit, Romanorum contra Philippum socius atque amicus. Hic fuso Galatarum exercitu omnibus dignus visus est, qui

a Strabo lib. 12.

b Suetonius Ner. 18.

c Pergamenorum regum genealogiam Strabo tradidit lib. 13.

d Lucianus in *μακροβιοισ*.

ASIATICIS.

51

qui a regio iure & nomine vteretur. De-
cessit annos natus magis LXX, cum 6
XLIV prudenter & magnifice regnasset,
EVMENES filius in bello Antiochi so-
cietatis Romanæ amplum præmium, &
Asiæ partem, regi cis Taurum ademptam,
ad in Europa Chersonesum accepit. Cum
fero genuisset, quem regno destinaret,
ATTALVM fratrem infanti filio tuto-
rem constituit, qui regnum annis viginti
& vno administratum minori ATTALO,
fratris filio, d summa fide reddit: hic
post quintum annum moriturus po-
pulum

C 2

a Liviø 33. 21. & Strabonici c. 1. hic primus coe-
ptus ex hac gente rex appellari, quod de illu-
stri splendore interpreteris, Antecessores non
prorsus hoc honore abstinnisse, nummus ΦΙΛΕ-
ΤΑΙΡΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ probare videtur. Ab il-
lis tamen abest βασιλέως Spanh. p. 468.

b Liviø loco cit.

c Liviø 38, cap. 39. nominatim recenset, Stra-
bo itidem lib. 13.

d Quod laudat Plutarchus lib. περί φιλαδέλφειας
Hic Attalus Philadelphus dicitur.

pulum Romanum *a* bonorum suorum heredem fecit.

S. 21. Bithynia reges, quorum ultimus Romanum populum heredem regni fecit. *Bithynia* quoque, exuto iugo Macedonum, proprios reges habere, coepit, quorum notissimus est PRUSIAS, Eumenis hostis, qui victo vxoris fratre Perse, rege Macedoniae, *b* ridendo habitu Romanorum amicitiam impetrauit, postea a filio NICOMEDE, iuuante Attalo Pergamenorum rege, nec inuito populo *c* interfectus. Nepoti NICOMEDI, qui PHILOPATOR dictus est, regnum Romani confirmarunt, ab iniuria *d* Mithridatis egregie defendentes, cuius ille beneficii memor, cum sine libris decederet, Romanum populum testamento *e* heredem scripsit.

PA-

a Florus 2, 20. Eutrop. 4. 8. 6.

b Pileatus, capite raso alioque maiestate indigno habitu obuiam iuit Romanis legatis, libertum se populi Romae esse dicens. Polybius legat. 97. Liuius 45. extr.

c Pergami interfectum tradit epit. Liuii 50. Nicomediae, Appianus in Mithrid.

d Patris Nicomedis socius Mithridates, Iustin. 37. 4. idem filii hostis, 38. 3.

e Eutrop. 6, 5. 1.

Paphlagonia res in §. 22. *Paphlagonia*
 certæ & perobscuræ res & reges.
 sunt. Non repetimus PYLAEMENEM
 a Homeri, nec CORYLAM aut OTYN
 b Xenophontis, neque c THYVM rebel-
 lem a Datame oppressum: soli nobis curæ
 sunt, qui bellis Romanis interfuerunt, saltem
 illorum historiam illustrant. d MORZES
 quidam Paphlagonibus imperabat, cum An-
 tiocho victo consul Manlius bellum inferret
 Galatis e PYLAEMENES Romanos iu-
 uuit, de Attali hereditate cum Aristonico cer-
 tantes. Illius forte filius est, & ipse PYLAE-
 MENES nomine, quem Romani, a
 C 3 a Mi-

a Iliad. β 851.

b De Exped. Cyri libri 5. lib. 4. | *Res. Græc. ineunte,*
 c Corn. Nepos in Datame.

d Liuius 38, 26. cum Sigonio notatis. Strabo
 12. pag. 387. de ultimo Paphlagonum rege:
 τὸ Μορζέυς Βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα.

e Hic fortassis est, cuius nummum Cl. Fæsch-
 us exponit, inscriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΙΛΑΙ-
 ΜΕΝΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. De Romana societate
 Eutropius 4. 9. consulatur.

a Mithridate eiectum non semel restituerunt eiusdemque *b* liberis. ATTALO & PYLÆMENE, finito Mithridatis bello, *c* partem in mediterraneis regendam dederunt, reliquis partibus ad Bithyniæ prouinciam vna cum Ponto adiudicatis. Regulorum postremus *d* DEIOTARVS fuit, PHILADELPHVS cognomine, Castoris filius, qui auum *e* Deiotarum apud Cæsarem accusarat, quo defuncto, nec *f* alia regum superstiti prole, Augustus totam Paphlagoniam Bithyniæ, vt partem prouinciæ Romanæ adiecit,

Cili-

a Eutropius 5. 3. 10. Sex Rufus cap. II.

b Ita Eutropium interpretamur 6, II. 5. Doctiss. Anna Fabri, *e* familia regum Paphlagonum. Solum Attalum habet Appianus Mithr. extr.

c Strabo 12. 373. ed. Casaub.

d Strabo 12. p. 387.

e Cicero pro Deiotaro cap. II. Suidas in *Kappa* cap, qui vero in eo errat, quod Castorem regis generum vocat, qui filius generi erat secundum Ciceronem,

f Strabo cit. loco.

Cicilia Syris, olim *s. 23. Ciliciae status*
 Aegyptiisue regibus *& imperium.*
 parebat, quorum mutua clade factum, ut
 libertatem circumspiciens, in novos tyran-
 nos inciderit. *Campestem* enim a **T I-**
GRANES inuasit eo tempore, quo *b*
 Seruilius Pamphyliam & Isauriam subegit,
Tracheam tenebant praedones, ex arcibus sit-
 is, tanquam ex specula, mediterraneo mari,
 quam longum est, insidiantes, quos Pompeius
 perdomuit, regionemque provinciae *Cam-*
pestri, quam a Mithridatis milite, *c* va-
 cuctam Romani occupauerant, adie-
 cit. Aucta provincia *d* Cypri accessio-
 ne, aliisque *e* dioecesibus Pamphiliae,
 Isauriae, Pisidiae, Lycaoniae, cum par-
 te Phrygiae Maioris. Rectam aliquam
 C 4 diu

a Appianus Mithrid. p. 155. Gr. eiecto Antio-
 cho Pio occupasse tradit.

b Hen. Noris Cenotaph. Pis. p. 215. vulgarem
 errorem, quasi Seruilius Ciliciam domuerit,
 refutat, cum vrbes, quas cepisse dicitur, o-
 mnes sint extra Ciliciam.

c Plutarch. in Pomp. & Noris c. 1.

d Cicero lib. I. epist. 7. & lib. 13. ep. 48.

e Cicero 13. epist. 67.

diu proconsulari imperio, Antonius III. vir
mutilauit, Cleopatraz a Cypro & Trachea
donatis; Campestri addicta legato Syriaz:
parte etiam b Polemoni data, quam cum Pon-
tico regno sequenti tempore permutauit.

s. 24. *Reguli diuer-* Reguli successere,
sis Cilicia partibus im- diuersis Ciliciae par-
perantes. Horum regna tibus pro Caesarum
in formam prouinciae re- arbitrio imperan-
ducta.

res. c **TARCONDIMOTVS**, op-
pressis d tyrannis, qui montana extra
prouinciam tenebant, ita potentia cre-
uerat, vt ab Romanis e rex & ami-
cus appellaretur: qui Antonium se-
cutus ante pugnam Actiacam f Agrip-
pae ferro occubuit. Victor Augustus

PHI-

a Plutarchus in Anton. p. 931. b Appian. 5. Civil.
s Plutarcho Ταρκόνδηϛ, Straboni Ταρκοδή-
μενϛ, nomen verum Ciceroni, Di ni. Floro
Tarcondimotus est. De regno eius Plutarchus
in Anton. p. 944. ὁ οὗτος ἄνω Κιλίας βασιλεὺς,
superioris Ciliciae rex.

d Strabo lib. 14.

e Cic. lib. 15. epist. 1. fidelissimus socius trans Tau-
rum, amicissimusque populi Romani Tarcondi-
motus existimatur.

f Dio Cassius lib. 50.

PHILOPATOREM, patris successorem,
a regno multavit, quo post decem annos fra-
 tri, *b* TARCONDIMOTO minori, *c*
 maritimis demtis, reddidit, quanquam eun-
 dem PHILOPATORA reperisse, vel
 alium huius nominis successisse ex *d* Tacito
 videtur probari. Partem regni *e* AMYN-
 TAE, quam ARCHELAO Augustus de-
 derat, mari adjacentem: C. Caesar. AN-
 C 5 TIOCHO

a Dio Cassius lib. 51. 2.

b idem Cassius lib. 54.

c ibidem Dio: πλὴν παραθαλασσιδίων τῶν.

d Tacitus 2. Annal. 41. n. 8.

e Amyntas, Deiotari successor, ab Antonio ac-
 cepit Galatiam, cum Lycaonia Pamphilia-
 que partibus: Isauriam quoque subegit &
 Lycaoniae reliquum, Antipatro Derbæo, Cice-
 ronis amico, 13. *epist.* 73. per insidias op-
 presso, Strabo lib. 14. Asperam Ciliciam ad-
 dit, excepta Seleucia, Amynta in bello
 contra Homonodenses occiso, Augustus eius
 regnum prouinciam fecit, Cilicia Aspera ex-
 cepta, quam Archelao Cappadoci donauit.
 Vid. Dio lib. 49. Strabo lib. 12. & lib.
 17. *extr.*

a Dio,

TIOCHO *a* COMMAGENO domuit. Per
idem tempus *b* POLEMO quidam, Ciliciæ
rex, præputio posito, Berenicen, Agrippæ
maioris, Iudæorum regis, filiam duxit. A-
lii quoque *c* reguli, sed ignobiles, Ciliciæ
partibus tamdiu præfuerunt, dum *d* Vespasi-
anus in vnam prouinciam cogeret, quæ
singuli adhuc minora regna possederant.

§. 25. *Cappadocia re-* Cappadocia per-
gnum ante Alexandrum multos ARIARA-
M. & post illum. Post THAS numerauit,
varias rerum conuersio- impatiens, si qua
nes Romanis parat. gens alia, dominationis Macedonum.
Alexandro Asiam inuadente, *e* intacta
mansit, nihilominus Eumeni adiudi-
cata, cum prouincias Alexandri duces
distri-

- a* Dio l. 59. p. 645. τὰ παραθαλάσσια τῆς Κιλικίας *maritima Cilicie* illi Antiocho adiecisse Ca-
ium, scribit, cui ipse Commagenem restituerat.
b Iosephus 20. Antiq. cap. 5.
c Tacitus 2. Annal. c. 78. n. 4.
d Suetonius cap. 8. Eutrop. 7. cap. 13.
e Corn. Nepos in Eumene c. 2. Plutarchus in Eu-
menep. 584. οὕτω τότε Μακεδόνων ἔσαν non-
dum Macedonibus *subiectam* Eumeni adsigna-
tam partem esse.

distribuerent. Acie fudit cum Eumene
 Perdiccas ^a ARIARATHEM regem,
 sed inter ciuiles Seleuci & Antigoni motus
 recuperauit ^b filius ARIARATHES, quod
 pater regnum amiserat, idque filio suo
 ARIAMENI tutum pacatumque reliquit.
 Hoc genitus fuit ARIARATHES, qui An-
 tiochi Dei, Syrorum regis, gener factus, re-
 gnum adfinitate stabilitum habuit, quod fili-
 us ARIARATHES connubio ANTIACHI-
 DIS, Antiochi Magni filix, magis confir-
 matus, vt euentus probauit, parum ab-
 fuit, quin amitteret. Nam soceri par-
 tes in bello Romano secutus, vix Eu-
 menis gratia, cui filiam despondebat,
 impetrauit, vt ^c multa irrogata minue-
 retur. Callida etiam vxor, cum libe-
 ris

C 6

- ^a Diodor. Sic. in fragmento lib. 31. quod Photius
 Patriarcha Biblioth. cod. 244. seruaui. Plu-
 tarchus c. 1. Instin. 13. 6.
^b Diodor. Sic. c. 1. cuius etiam sunt, quæ de nepo-
 te, pronepote & abnepote narramus.
^c Liius lib. 38. c. 39. Appianus in Syr.

ris careret, duos *a* pueros supposuit, regieque, quasi filii essent, educavit, quorum alter Orophernes vel Holophernes fax turbarum non leuium insecutis temporibus exstitit. Tandem ex ipsa Antiochide rex filium suscepit, quem MITHRIDATEM primum, dein cum adolereret, ARARATHEM parentes appellarunt, pietas & PHILOPATORIS cognomentum addidit; qui cum patri successisset, ab *d* ORO-PHERNE, suppositio fratre, Demetrii Soteris adiuto copiis, paterno regno pellitur. Nec æqui iudices *e* Romani sunt, plus Deme-

a Diodor. c. l.

b idem Diodorus apud Photium.

c Φιλοπάτωρ κληθείς, Diodor. in Excerpt. Vales. pag. 325. Noluit enim regnum a patre vivo oblatum accipere, mortuumque μεγαλοπρεπῶς ἔθαψε magnifice sepeliuit: eii in matris & sororis ossa ad regiam sepulturam Antiochia reportari curauit. Diodor. apud Phot. & Polyb. Legat. 112.

d Appianus in Syriacis, & Diod. in Vales. Excerpt. 335. Iustin. 35. I.

e Polyb. Legat. 126.

Demetrii gratiæ, quam bonæ causæ Ariarathis dantes adeo, ut *a* divisionem regni senatus decreverit. Tandem vero *b* Romanis auspiciis ductu & ope *c* Philadelphi Attali Ariarathes restitutus fuit, & breui post tempore, cum auxilium Romanis contra Aristonicum ferret, mortem *d* occubuit. Vidua LAVDICE, ut nemine interpellante regnaret, *e* quinque filios, horrendum scelus! veneno tollit, vix vno seruato ARIARATHE, qui post matrem ciuium tumultu oppressam, regnans, a Mithridate, ponti rege, *f* insidiis necatur, qui ut *g* NICOMEDEM Bithynum, regni & matrimonii inuasorem, speciosius eiiciat, interfecti a se regis & sororis suæ filium ARIARATHEM regno imponit,

C 7

a Zonaras T. 2. p. 110.

b Epitoma Liuii 47. *a* senatu restitutus est.

c Diodor. in Exc. Valef. p. 169.

d Iustinus lib. 37 c. 1. num. 2.

e Iustinus c. 1. num. 4.

f Iustinus l. 38. c. 1. per Gordium insidiis occidit.

g Iustinus c. 1.

uit, mox controuersia mota *a* insidiose colloquio confodit, & ne vacua Cappadocia sit, cui diu inhauserat, filium suum, quem omnis caussa **ARIARATHEM** nominat, sub rectore Gordio regem constituit, quos dum nolunt Cappadoces ferre, interfecti fratrem ex *b* Asia reducunt, qui inde **ARIARATHES ASIATICVS** appellatus fuit. Hoc quoque Mithridatis fraudibus sublato ipse & Nicomedes in senatu Romano certant, fictis & suppositis heredibus, quorum litem ut declinent Romani, utroque reiecto, Cappadoces liberos esse iubent, qui vero insueti libertatis de senatus Romani sententia **ARIOBARZANEM** sibi praeficiunt, cui procellis *d* Mithridatici belli varie iactato, regnum Pompeius confirmat, quod ille filio **ARIOBARZANI** in conspectu

a Iustinus c. 1. num. 9.

b Iustinus 38. c. 2.

c Iustinus c. 1.

d Cicero pro lege Manil. Appianus in Mithrid.

Qu Magni *a* concedit, in cuius locum
 (nam C. Cassius *b* sustulerat *c* ARIARA-
 THES frater sufficitur, quem Antonius *d*
 euertit, in *e* SISINNAM quendam, cuius
 matrem amabat, regnum Cappadociae trans-
 ferens, qui vero per Ariarathem nihil tutum
 habuit. Antonius, ciecto rursus *f* Ariara-
 the, imposuit ARCHELAVM, quem
 Tiberius demum post quinquaginta annos *g*
 euocauit, vt regnum in prouinciæ formam
 redigeret.

Hæc de maiore *s.* 26. Cappadocia
 Cappadocum *re-* *dynastia.*

gno

a Valer. Max. 5. 7.

b Cassius immittis equitibus hunc Ariobarzanem
 II. oppressit *ὡς ἐπιβλέγοντα Κασσίου* tanquam in-
 sidiantem Cassio, Appian. 4. B. Ciu. At Dio
 Cassius l. 47. ait, occisum esse, quod noluerit
 Cassio & Bruto *συμμαχῆσαι*, sed potius medi-
 us manere. Hinc Ariobarzanem Cicero 15.
 epist. 2. *Euseben & Philorhomanum* appellat,

c Cicero l. 1.

d Dio Cassius 49.

e Appianus 5. Ciuil.

f Dio Cassius lib. 49.

g Tacitus 2. Annal. 41. Sueton. c. 27. Eutrop.
 7. 6.

gno sufficient; minores dynastias excutere vix pretium operæ erit, nec, si foret, id facile perficietur in tanta historiarum obscuritate. Vnam non prætereundam confemus, quæ a LYCOMEDIS fuit, quam post Actiæ pugnam Lycomedi ablatam in *b* MEDEVM quendam Augustus victor transtulit.

s. 27. Galatæ domiti habent regulos, exinde tetrarchas. Deiotarus rex, eiusque successor Amyntas. Galatia facta prouincia romana. Galatarum gentem, quæ Asiam inuaserat, Vulso Manlius post bellum Antiochi, *c* quasi socios eiusdem, labore multo domuit. Inde *d* regulis relictam Pompeius Mithridatis victor, *e* retrarchis dedit, *e* quibus DE-IOTARVS, *f* oppressor ceterorum, ad se

a Dio Cassius ineunte libro 51. vocat Λυκομήδη ἐν μέρεσιν τῆς Καππαδοκικῆς Πόντου βασιλεύοντα & Lycomedem in parte Cappadocici Ponti regnantem.

b Medeam successorem Græce Μεδειῶν scribit. An idem, qui lib. 54. Μῆδος dicitur Armeniae rex minoris?

c Florus in bello Gallogræco.

d Lilius l. 38. 40.

e Appianus in Mithrid.

f Hirtius B. Alexand. c. 67.

se cuncta abripiens, fide in Romanos meruit, vt Mithridate debellato, *a* Armenia minore auctus, rex & amicus populi Romani appellaretur. Cui Cæsar dictator ademit vnam retrarchiam, & *b* MITHRIDATI PERGAMENO dedit, quem, victo Pharnace, Bospori Cimmerii regem fecerat. Deiotaro *c* AMYNTAS, scriba eius & copiarum dux in Pharsalico, fauore Antonii successit in Gallogræcia, *d* adiectis Lyconia Pamphyliaque partibus, nec minus Trachea Cilicia. Quo vita defuncto, Augustus Cæsar *e* prouinciam fecit, quæ is possederat, demta Ciliciæ parte, quam adiecit Archelao, & vrbibus Pamphylia, quas liberar esse iussit.

Sic Græcorum *s. 28. Græcorum imperio*, cuius hæc *perii finis.* rudera in Asia fuerunt, Romana potentia finem attulit.

a Hirtius Alex. c. 67. Eutrop. 6. 11.

b Hirtius B. Alexandr. extrem.

c Dio Cassius lib. 47. Strabo lib. 12.

d Prædiximus de Amyntæ regno p. 59.

e Dio Cassius lib. 53. Eutrop. 7. 5.

DE

REBUS ROMANORVM SVB RE-
GVM ET CONSVLVM IM-
PERIO.

5. 1. *Aenea in Itali-
am aduentus. Rhea
Silvia Romuli & Remi
mater. Roma conditur.
Virgines rapiuntur, in-
de oritur bellum. Res-
publica ordinatur.*

E Versis Troiano-
rum rebus, vt
a fama creditit, AENEAS post longos
errores ex Africa in
Italiam delatus, bello
contra *b* Turnum & Mezentium gesto,
domicilium ibi & *c* sedem fixit, cuius
posterii in vrbe *Alba Longa* imperium
diu tenuere. Ex his Rhea Silvia, a pa-
truo Amulio Vestæ sacris addicta, ROMV-

LVM

a Dionysius Halicarn. l. I. p. 43. οἱ μὲν οὐδ' ἔλ-
θειν Αἰνεῖαν φασὶν εἰς Ἰταλίαν ἀπὸ Τρωσῶν, qui-
dam negant, Aeneam cum Troianis in Italiam
venisse. Id etiam doctiss. Bochartus in E-
pist. ad Segraisium, quem Cl. Schefferus la-
tine vertit, argumentis hand contemnen-
dis in dubium vocat. Dandum tamen est
aliquid fantæ & consensui antiquitatis, vt de
Troia excidio prædiximus p. 23.

b Mezentius, rex Hetruscorum, auxilio venit Tur-
no, Rutilorum principi, contra Aeneam & La-
tinum, Aboriginum regem. *Lin. I. 2.*

c Lauinium oppidum condidisse dicitur. *Lin. I. 1.*

DE REBUS ROMAN. 67

LVM & REMVM gemellos (ignotum ex quo viro) peperit, quos ^a in Tiberim proiectos pastor quidam seruauit educauitque. Adultiores facti prædando vitam tolerabant, & Remum ob id captiuum Romulus, occiso rege, liberauit, Albaque auo Numitori concessa, nouam urbem in loco, quo expositi educatique fuerant, cum fratre Remo condidit. Hæc ROMÆ parua initia fuere, cuius mœnia, cum vix ex humo surgerent, tanquam ludicro saltu violata, fratris sanguine ROMVLVS Iustrauit, Romani regni inde ferociam auspicatus. Cum turbæ collectitiæ, cui Romulus imperabat, vxores deessent; virgines Sabinorum ^b Confualibus ludis rapuerunt, vnde bellum inter hos & Sabinos ortum, quod Sabinarum precipi-

^a In alluuiæ languidæ aquæ excurrentis ripam Tiberis. *Liu. I. 4.*

^b Ludis Neptuno equestri solennibus, *Liu. I. 9* Confualia, quasi Consi, consiliorum dei, la-dos vocarunt.

precibus & intercurſu *a* ſedatum fuit. Tandem ciuitate in *b* curias & tribus diſtributa, electisque patribus, quos Senatum vocauit, Romulus incerto exitu in uiuis eſſe deſiit, in numerum deorum *a* poſteris relatus.

§. 2. *Numa res fa-* Succellit NVMA
eras conſtituit. POMPILIUS *c*

Curibus, Sabinorum vrbe, ad regnum euo-
catus; qui ſemibarbaram ciuitatem legum
ac ſacrorum conſtitutione temperauit, *d* an-
num in menses deſcripſit, & ſimulata Egeriæ
nymphæ familiari conſuetudine, legibus ſuis
auctoritatem addidit.

TVL-

a Pax conuenit: Sabini in ciuitatem geminata vr-
be admiſſi; Tatius illorum princeps, uno cum
Romulo regnauit, poſt quinque annos mortu-
us Romulo ſoli imperium reliquit. *Liu. I. 13.*
Dionyſ. 2. p. 113. ſeq.

b In tres tribus populum diuiſit; ſingulas tribus
in decem curias. *Dionyſ. Hal. 2. p. 82.*

c Romuli annus decem menſibus conſtabat: ad-
didit duos Pompilius, vt annus ad curſum lunæ
deſcriberetur. *Ouid. 3. Faſt. 152.*

Pompilius menſes ſenſit abeſſe duos.

d In Eutropio ergo pro *decem* videtur *duodecem*
legendum ex *Liu. I. 19.*

TULLVS HO- §. 3. *Tullus Hostilius*
 STILIVS, tertius *bellator fortis.*

rex Romanorum, militiam ordinavit, armis
 iuventutem exercuit, & civium numerum,
 Albanis victis, & vrbis pomœria a Cælii mon-
 tis accessione auxit. Alba diruta, de Sabi-
 nis quoque & Fidenatibus triumphavit.

ANCVS MAR- §. 4. *Ancus Martius*
 TIVS, Pompilii ne- *rex.*

pos, Hostilii successor, Tiberi ponte iun-
 cto, Ostiensem coloniam condidit, animo
 futuram præfagiens, vt maris imperio Ro-
 mani potirentur.

TARQVINIVS §. 5. *Tarquinius*
 PRISCVS, merca *Priscus civitatis dignita-*
 totis Corinthii fili- *tem amplificat.*

us, Anci filiorum tutor, fraude & ambitu
 regnum adeptus, numero tum senatorum,
 tum tribuum aucto, urbem lateritio mu-
 ro

a Romuli ætate vrbi in Palatino ædificari ceptæ &
 Cælium & Quirinalem montem, postquam Sa-
 bini cum Tatius recepri essent, accessisse, Diony-
 sius Hal. 2. p. 113. auctor est. Livius autem
 Cælii accessione sub Tullo, Albanorum victo-
 re, & Quirinalis, sub Servio ponit, *lib. 1. 30. 44.*

70 DE REBUS ROMANOR.

ro cinxit, & a Circo, ludis & triumphali ornatu, Etruscis, Sabinisque victis, nitidiorē reddidit.

§. 6. Servius Tullius urbem ampliat & munit. **SERVIVS TVLIVS**, quamvis servus natus, liberaliter

populo imperavit, quem in censum retulit, in *b* classes & centurias digessit. Urbi Quirinalem, Viminalē & Esquilinū, prolatiis pomeriis, adiecit, fossa & aggere muniit, Velentū quoque & Etruscorū victor.

§. 7. Tarquinius superbus, rex ultimus, crudelis regno privatur. **VLTIMVS REGVM TARQVINIVS SVPERBVS** fuit, qui socrero, vxore consen-

tiente, interfecto in senatores pariter atque ciues crudelis, Volscos, Sabinos, Gabios vicit, & Capitolio de manubiis captarum urbiū extracto, ob filii stuprum quod Lucretia intulerat, & vrbe & regno cum filiis eiectus est.

Liber-

a Circo, quem maximum dixere posteri: ludis Magnis siue Romanis. Liu. I. 35.

b Liu. I. 42. Servium vocat conditorem omnis in ciuitate discriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaque aliquid interlucet.

Libertatis vindex *s. 8. Brutus libertatis vindex & consul.*
 potissimum Iunius

Brutus fuit, primus ob id *consul* electus, isque adeo seuerus, vt *a* filios quoque suos, quod regibus eiectis fauerent, publice virgis coesos, securi percussisset, sic populi libertati, quam suæ domui, amicior. Ager *b* Tarquiniorum, qui inter urbem & Tiberim fuit, Marti consecratus, Campo Martio nomen dedit.

Expulsos Tarquios *s. 9. Bellum cum Etruscorum rege Porfena gestum.*
 Porfena, Etruscorum rex, vi & armis restitutus Romam transtiberinam diu tenuit, alteram quoque partem occupaturus, nisi Horatius Cocles, reciso sublicio ponte, retardasset, & Mucius Scauola, manu in focum coniecta, hostes ad petendam pacem prodigiose commouisset. Tarquinius, spe omni reditus incisa, *c* Tusculum ad generum suum exulatum abiit.

Tunc

a Liuius lib. 2. c. 4. 5.

b Liuius lib. 2. cap. 5.

c Liuius 2. 15. Eutrop. 2. 10.

72 DE REBUS ROMANORVM.

s. 10. Fines imperii Tunc latius fines
romani prolati. extendere, & cum
 finitimis acrius certare Romani cœperunt.
 Postumius dictator signam *a* hostes iacula-
 tus, nouo *b* more ad victoriam suos ac-
 cendit: Antiatium *c* spolia in suggestu
 fori Mænius suspendit: ille ab aratro
 dictator L. Quinctius Aequos & Volscos,
 Latinorum peruicacissimos, perdomuit: ad-
 uersus Veientes gens Fabia coniurauit,
scelerata nomine portam *d* signans,
 quæ

a Hoc sapius tentatum, prospero euentu, a Ro-
 manis, Freinshemius ad Flor. I. II. obserua-
 uit.

b Nouum Florus vocat: sed a Seruio Tullio mul-
 tis ante annis vsurpatum, docet Frontinus
 Strateg. 2. 8.

c Nauium rostra. Hinc *rostrorum* nomen &
 templi & suggestus celeberrimum. *Liu.* 8. 14.
 Ordinem Flori I. II. secuti sumus: quæ dubi-
 tari, aut obiici possint, Freinshemius adno-
 tauit.

d Carmentalis porta fuit, *Liu.* 2. 49. cui ex tristi
 euentu nouum nomen accessit, ut *scelerata* di-
 ceretur, sicut idem nominis impositum vico
 fuit *Liu.* 1. 48. & campo 8. 15.

quæ in prælium a trecentos dimiserat, nunquam domum reuersuros, Fabiorum genti Urbis Veientium excidio post b diuturnam obsidionem parentatum fuit.

Cursus imperii parumper Gallorum c Senonum incurssione suppressus. Hi

S. 12. Gallos Senones, a quibus antea victi erant, Romani ad internecionem cadunt.

enim exercitum Romanum non vincunt modo ad Alliam flumen, sed ipsam quoque Romam, nemine defendente, ingressi, cædibus ac incendiis compleat, sola Capitoli

D

toli

a Numerus rotundus pro cccvi. Dionysius in fabulis ponit, quod de vnico, qui ætatis causa remansisset, gentis nobilissimæ propagatore creditur. Instar prodigii enim esse dicit, hos trecentos fuisse omnes cælibes, nec vel infantes pueros aut impuberes fratres habuisse. Vulgo opinionem ex eo natam existimat, quod vnus forsan ex iis præ cæteris inclaruisset. Vid. lib. 9. p. 580.

b Linius 5 22. decem aestates biemesque continuas circumfessa.

c Senones non transalpini, quorum caput Agedincum erat: sed horum coloni, ab Vtento flumine ad Aesim sub Adriatico habitantes Polyb. 2. 17. Liu. 5. 35.

tolii arce excepta, quam, Manlio tuente, sex mensibus obsessam expugnassent quoque, nisi nocturnas hostium insidias anser clangore prodidisset. Pertasos obsidionis Gallos Camillus a tergo adeo cecidit, ut vrbis incendia Gallorum sanguine a restinguere videretur, & postea, reliquæ horum Senonum deletæ sunt, ne quis exstaret in ea gente, qui incensam a se Romam gloriaretur.

s. 12. Romani cum aliis multis populis bella gerunt. Post hæc non cum solis Etruscis, *b* Samnitibus, Latinis, sed exteris quoque & transmarinis gentibus bellari coeptum est, Tarentinis primum, qui Romanos legatos violauerant PYRRHVM Epirotam in auxilium vocantibus. Is Romanos, elephantis terribios,

a Flori hyperbole l. 1. c. 13. n. 17.

b Vnde quinquaginta annis bellum in Samnites gestum, nec sine clade & ignominia Romanorum, cum ad Furculas Caudinas sub iugum missi sunt. Emersit tamen Romana virtus, & in ultionem sui cunctas Samnii vrbes deleuit. *Liv. 9. 2. Flor. 1. 16. Eutrop. 2. 4.*

tos, primum vicit; mox ipse victus & castris exutus; tamen non tam armis superatus, quam a iustitia Fabricii Italia excessit.

Iam Italiam Romanam subegerant, in *potiuntur.* §. 13. *Idem Sicilia*

eo occupati, ut trans mare quoque prorogarent potentiam. Sicilia ut proxima insula erat, ita fertilitate Romanos inuitabat tanquam horreum tantæ urbis imperiique olim futurum. Partem eius tenebant Pœni, Romanis virtute non impares, nauigandi peritia etiam superiores, quos ut arcerent Romani ab locis Italiæ propinquis, in *b* Mamertina caussa inuen-
D 2 nerunt

a Eutropius l. 2. c. 7. & 8.

b Sub Agathocle merentes Campani milites Messaniam Siciliæ fraudulenter occuparant, eiectis aut iugulatis ciuibus. Hi dicti Mamertini, aliquamdiu graues finitimis. Repressi vero a Syracusanis in factiones scindebantur, pars Carthaginenses aduocabant, quis etiam arcem dederunt; pars petebant ab Romanis auxilium, quod hi miserunt Pœnorum metu vel inuidia, etsi iniustam urbis occupationem non probarent. *Polyb. 1. c. 7. seq.*

nerunt. Origo hæc belli *Punici primi* fuit, quo Romanus exercitus primum tentavit mare in Siciliam traiciens, & a Hierone Syracusano celeriter victo, apud Liparas Pœnorum classem fugavit partim, partim submersit.

§. 14. Bellum Punicum primum.

Sic Sicilia potiti Romani in Africam traiciunt, & M. Attilio Regulo duce, valde premunt Carthaginienses: sed vertitur fortuna, & Lacedæmonio duce Xantippo, non vincunt modo Romanos Pœni, sed ipsum quoque consulem vivum capiunt, quamvis virtus illius neque carcere, neque supplicii atrocitate frangi, ne dicam vinci, potuerit. Regulam cunctis viribus vindicare Romani nitebantur & post multa prælia Lutatii cos. virtute eo res *b* adducta fuit, ut Carthaginienses pacem a Romanis peterent, etiam

a Hiero prætor, iam recens salutatus rex societatem cum Carthaginiensibus iniit contra Romanos. *Polyb. c. 1.*

b ad insulas Aegares contra Lilybæum, *Flor. 2. 2.* vel Aegusam, sicut *Polybius 1. 60.* vocat, præcipuam forte Aegarum.

etiam duris sibi conditionibus inirent. Finitum sic est bellum primum Punicum, quod xxiii. annos habuerat, confestimque Romanus miles Ligures, Insubresque Gallos sub Alpium radicibus domat, & de *Illyrica* gente legatorum violationem vlciscitur.

Post a quadrien- *s. 15. Bello Punico*
 nii pacem nouum *secundo Hannibal, Car-*
 bellum cum Car- *thaginienfium dux, ho-*
 thaginiensibus ex- *ftes multis pralis, vincit.*
 ritur, cuius occasio

fuit Saguntus focia ciuitas deleta, quam legatione primum, dein armis Romani vindicaturi in tanta pericula inciderunt, quantum nunquam antea subierant. ANNIBAL enis stupendo itinere per Alpes in Italiam profectus Romanum exercitum apud *Ticinum* Insubriae, deinde apud *Trebian* fluiuium, iterum ad *Trasimenum* lacum, porro apud *Cannas* Apuliae vicum cecidit, quae vltima clades xl. millia ciuium interemit. Tam consternati

D 3 Ro-

^a Non a fine I. Punici, sed ab Iano clauso: inter vtrumque Punicum enim fere xxii. anni intercessere

Romani omnes erant, ut epulari Annibal intra quintum diem in Capitolio potuisset, si ita *a* uti victoria, sicut vincere, didicisset. Sed Capuam digressus, delicijs loci & luxuria eneruabat, exercitum Alpium antea & Apennini niuibus vere indomitum; ut non ab re fuerit, quod Marcellus dixit, *b* Capuam Annibali Cannas fuisse.

s. 16. Romani se Intera Romani reficiunt, premuntque se collegerunt, & Carthaginenses. iam ante Cannen-

*sem cladem: Q. Fabius cunctando, & quod nollet pugnare, Annibalem per Falernos Gauranosque saltus maceravit: Marcellus Cannensi victoria elatum apud *d* Nolam primus docuit superari posse: postea certatim terga cedentis premi, etiam in Africa, Sicilia, Hispania diuisis copiis Poenorum res affli-*

cessere. Cato apud Nonium in DVODEVICESIMO.

a Florus 2. 6. n. 19.

b Linius 23. c. 45.

c Vnde *Cunctatoris* cognomen. Flor. 2. 6. num. 27. Erat autem Prodictator *Liu.* 22. 8. iterum Dictator c. 9.

d Linius 23. 44. 45. Cicero de Clar. Orator. cap. 3.

adfligi paullatim coeptæ. Captæ tum sunt *Syracuse*, quamuis Archimedis ingenio defenderentur; *Hispania*, quam longa erat, Scipionis virtute Carthaginiensibus erepta, qui patris & patruï manibus, Punica vbi fraude oppressis, tum multorum cæde, tum a *Carthaginiis Nouæ* expugnatione parentauit.

Interim Anni-
bal *b* tertio ab vr-
be lapide castra
metatus, tempesta-

§. 17. Pœni pacem ab Romanis petentes accipiunt, isque finis huius belli.

tum vi in vltimum Italiae angulum redire coactus est: ASDRUBAL, frater Annibalis, in *c* Umbria cum exercitu ad interneccionem cæsus, & abscissum caput ad castra Annibalis prouolutum fuit: ipse Annibal a suis domum reuocatus a Scipione in Africa acerrimo proelio superatur, qua clade coguntur Pœni pacem, quanquam ite-
D 4 rum

a Liuius 26. 42. & sequent.
b Liuius 26. 10. Eutrop. 3. 8.
c Asdrubal cæsus supra Senam Gallicam ad fluium Metaurum, Horat. od. 4. v. 38. Corn. Nep. in Catone c. 1. num. 2, Liu, 27. 46. Eutrop. 3. 10.

rum duriores, a Romanis accipere. Et sic bellum secundum Punicum, idque XVIII annorum. SCIPIONIS AFRICANI fortitudinis finitum quoque fuit.

§. 18. *Bellum aduersus Philippum Macedonem gestum.* Post Carthaginensem vinci neminem puduit, & Africam Macedonia, Græcia, Syria secutæ sunt. PHILIPPVS Macedo, Annibalis societate iniectus Romanis, tum *a* invidiam aduersus Aetolos pacem, tum propter iniurias Atheniensibus illatas horumque questus atque preces, *b* nouo bello appetitur. Introisse Macedoniam victoria fuit, *c* alteroque prælio ad Scotusam debellatum. Regi pax data, concessio regno, præter Græciæ ciuitates

a Lilius 31. c. 1.

b Nam decem ferme ante annos aduersus Philippicum bellum cœptum, triennio prius depositum erat. *Liu. c. 1. Eutrop. 3. 7.*

c Prælium primum iuxta flumen Aoum, *Liu. 32. 10. 12.* alterum, idque iustum, Flaminiò duce, ad Scotusam, loco, cui Cynoskephalæ nomen est, commissum 33. 7.

tates, quæ pristinae libertati restitue-
bantur.

Aetoli, Roma-
norum in hoc bel-
lo socii, minus a
spe sua præmium

*s. 19. Bellum Syria-
cum, quo Antiochus
Magnus, rex Syriae
vincitur.*

adepti, *b* ANTIOCHVM Magnum, Syriae re-
gem, aduersus Romanos sollicitant, vnde
bellum Syriacum conflatur, procul dubio
gravius Romanis futurum, si rex Annibalis
consilio vsus fuisset; verum confusus
potentia sua *c* voluptarius homo, ante
primam pugnam fugit, facilemque Roma-
nis ad *d* Thermopylas victoriam præbet.
Nec aliam fortunam classis eius experitur,

D 5

ad

a Thoas prætor Aetolorum in Concilio Naupa-
cti conquestus iniurias Romanorum statumque
Aetoliae, quod omnium Graeciae gentium cini-
tatumque inhonoratissimæ post eam victoriam
essent, cuius causa ipsi fuissent. Liu. 35. 12.

b Livijs c. 1.

c ad Florum in bello Antiochi, & Polybii frag-
mentum apud Athenæum l. 10. c. 10. extr.

d Livijs 36, c. 15. 16. 18

82 DE REBUS ROMANOR.

ad *a* Corycum, *b* Myonnesum & in Pamphylio mari, quamuis parti *c* Annibal præesset, haud paucis nauibus amissis, in fugam versa. Finem bello L. Scipio imponit ad Magnesium prælio, quo rex pacem hac conditione accipere cogitur, vt Asia multatus intra Taurum regnet, & paternis finibus contentus sit. *Aetolia* quoque & *Gallogræcia*, auxilia Antiochi, Romanorum victoriam suis cladibus augens.

Nec

- Corycus portus & promontorium Ionizæ super Cyssuntem, vbi C. Liuius regiam classem in fugam vertit, *Liv.* 36. 43. extr. & 44. etiam l. 37. c. 8. vocatur *navalis ad Corycum pugna*.
- Myonnesum promontorium inter Teum Samunthique, *Liv.* 37. 27. prope distans a Coryco c. 29. vbi Regillus Aemilius, Liuii successor, vicit. Hoc si non vtrumque prælium, a nobiliore urbe Florus denominauit, cum *Epheso* inquit *Stamine pensauimus*. Sic enim emendat Florum & interpretatur *ὁ πόντος* Græuius.
- Prælio ad Sidæ promontorium in Pamphylio mari interfuit Annibal, *Liv.* 37. 23. 14. *Nepos* in *Annib.* 8.

Nec longo post *§. 20. Macedonia re-*
 interuallo PER bellat, sed vincitur &
 SES, Philippi fi- subiungatur.

lius, Macedoniae rex rebellat, vincitque
 Licinium Crassum, Romanum consulem,
 sed ipse mox a vincitur ab Aemilio Paul-
 lo, & e Samothrace, quo confugerat, re-
 tractus, in triumpho ducitur. Tum pax
 Macedoniae data, ANDRISCVS, b Phi-
 lippi filium mentitus, rursus abruptit, id-
 que rebellione effecit, vt Metellum c co-
 gnomine triumphoque augetet, & patriam
 d praetoris iuri subiiceret. Infelicior e
 PSEVDOPERSES fuit, qui Persis se filium
 simulabat. Cum seruis enim, quos concitauerat, repente a Tremellio quaestore opp-
 pressus est.

Hoc tractu tem-
 porum Carthagi-
 nenses contra foe-
 dus naues habere,

*§. 21. Bellum Puni-
 cum tertium, quo tan-
 dem Carthago finita
 est.*

D 6

& Ma-

a ad Pydnam Plutarch. in Paulo.

b Vnde Pseudophilippus historicis dictus, & Ci-
 ceroni Agrar. 2. cap. 33.

c Q Metellus Macedonicus.

d Ante haec tempus Macedonia non habuit pro-
 uinciae formam Repet. notata. p. 35.

e Epit. Liu. 53. Entrop. 4. 7.

84 DE REBUS ROMANOR.

& Masinissam socium regem armis infestare compertum fuit. Suasit igitur *a* Cato in senatu, ut deleteretur Carthago: Scipio Nasica, ut ad virtutis æmulationem seruetur. Placuit senatui media sententia, & diruta vrbe, alio transferre ciuitatem decreuit, quod cum nollent Carthaginenses concedere, vrbs terra marique oppugnari cœpta est, & *b* a Paulli Macedonici filio, quem Africani Scipionis filius adoptauerat, multa vi ac labore expugnata, & xvii. dierum *c* incendio deleta fuit post quartum ab ineunte bello annum.

§. 22. *Bellum Achai- Crescenti Ro-*
cum, quo Corinthus de- manorum poten-
leta est. tia Græci inuide-
 bant, Corinthi legatos, illorum vel manu
 vel

a Catonis & Nasicæ sententias fuscè scripsit Diodorus in Excerpt. Valesi. p. 382.

b Post biennium cœpti belli supervenit Scipio, Vell. Part. 1. 12, v. 4.

c ita Florus 2. 12, n. 18. Appiani *septem*, quam *septendecim*, propius est. Adde, quæ ex Ryckio ad Florum I. G. Græuius, vir clarissimus, notavit.

vel oratione violantes. *a* Mittitur aduersus eos Metellus ex Macedonia, cui *L. b* Mummius, bello p̄ne confecto, succedit, *Corinthum* euertit, opulentissima præda æris Corinthii, signorum tabularumque potius.

Hispani quoque §. 23. *Res aduersus impatientes iugi, Hispanos bene gesta.*

multo labore & cruentis certaminibus seruire docebantur. Cum primis VIRIATVS, Lusitaniæ dux, quasi Hispaniæ *c* Romulus, prouinciam omnem Romanis eripiebat, sed fractus a *d* Fabio Maximo, indecore a *c* Seruilio percussoribus immixtis, oppressus fuit.

D 7

Nu.

a Hoc bellum *Achaicum* dicitur. Vid. Vellei. I. 12. Flor. 2. 16.

b inde *Achaicus* dictus. Vell. Pat. I. 13. n. 2. qui ruditatem huius ducis in æstimandis tabulis statuisque Corinthiorum n. 4. scripsit.

c Florus 2. 17.

d Fab. Maximo, Aemiliano Aemilii Paulli filio. *Appian. Hispan.*

e Seruilio Cæpione, Fabii successore. Flor. 2. 17. extr.

86 DE REBUS ROMANOR.

S. 24. *Bellum Numantinum.* Numantia quo-

que, Hispaniæ clarissima ciuitas, *a* non muris, sed ciuium virtute munita, a Romanis bello tenebatur: sapius victores Numantini *b* foedus, quam deuictorum exitium, maluerunt: tandem Scipionis, qui Carthaginem euertit, pertinacia verius, quam iustitia compulsi se suosque ferro & veneno, subiectoque vndique igne peremerunt, Romano victori *c* nihil nisi nomen triumphii relinquentes.

a Florus 2, 18. *sine muro, sine turribus*, quasi Sparta altera. Strabo autem l. 3. τὸ τεῖχος memorauit. Appiani in Hisp. περικύκλιον dubium, de Scipionis circumuallatione, an vrbis munimento intelligendum.

b Sed turpe Romanis foedus, ignobilis pax & ignominiosa, quam cum Numantinis Q. Pompeius, & C. Mancinus fecerant, Flor. 2. 18. Eutrop. 4. 8.

c Appianus in Hisp. captiuorum meminit, e quibus elegerit Scipio πενήκοντα εἰς ἐρίαιμον, quinquaginta ad triumphum. ceteris sub corona venditis. Florus c. 1. & Vegetius 3. 10. neminem euasisse tradunt.

Eadem tempe- s. 25. *Bellum Asiati-*
 te Pergamenorum *cum.*

rex ATTALVS moritur, qui Romano-
 rum populum, cui socius fuerat & amicus
 heredem testamento fecit. Sed adeuntibus
 hereditatem a ARISTONICVS restitit, & b
 proconsulis Crassi exercitum, ipso capto
 vel interemto, profligauit. Vicit tamen
 Perpenna cos. & successor. Aquilius A-
siaticum bellum non tam fortiter, quam
 dolose, mixtis veneno fontibus, confecit.
 Sic Asia Romanorum facta cum opibus vi-
 gia quoque Romam transmisit.

Inuicti enim fer- s. 26. *Bellum Ingur-*
 ro & armis ab IV- *thinum.*

GVRTHA auro & pecunia aliquo-
 ties deuicti sunt. Hic Micipsæ Nu-
 midiae regis adoptiuus, heresque cum
 natu-

a Eumenis regis ex pellice filius. *Iustin. 36. 4.*
Euroy. 4. 9.

b Florus 2, 20. praetorem vocat, rectius Vel-
 leius 2. 4. proconsulem. Nam bello graui-
 ore imminente, consules aut proconsules etiam
 in praetorias prouincias mittebantur, Vid.
Noris Cenotaph. Pis. p. 206.

88 DE REBUS ROMANOR.

natur. libus eius filius, Hiempfale & Ad-
 herbale, factus alterum occidit, regno
 alterum expulit, quo Romanos sollici-
 tante, in quorum tutela regnum erat, Iu-
 gurtha cum senatum, tum legatos regnum
 diuisuros, tum a consules quoque cum
 exercitu in Africam missos largitionibus
 aliquoties corruptit. Tandem a Metello,
 inde *Numidici* nomen consecuto; & post
 paullo a C. Mario exutus urbibus, Boc-
 chum Mauritaniae regem, socerum suum,
 in belli societatem traxit, qui vna clade ad-
 fectus maluit generum Romanis proderet,
 quam suae salutis discrimen adire. Sullae
 igitur, Marii quaestori, in manus traditur
 Iugurtha, & catenis vinctus, Romae in
 triumpho ducitur.

Sub

* Calpurnius Bestia consul pecunia regis corru-
 ptus: successor Albinus per fratrem Aulum
 male rem gessit. *Sallust.* c. 28. & 38.

Sub idem tempus *s. 27. Bellum cum Cimbris cum Teutonibus, quibus a Ambrones & Tigurini accessere, Italiam petentes, ad Rhodanum b consulares exercitus fundunt, & castris exiunt. Quæ res Mario consulatum c multiplicavit, qui Ambrones duobus d præliis ad Aquas Sextias vicit, & cum Catulo collega Cimbrum in Campis e Raudijs ad internecionem deliuit. Ex quo f custos ciuitatis & imperii & seruator Italiae appellatus, honestissime, triumphauit.*

Secu-

- a* Ambrones, populus in Heluetiæ ora, ex quorum societate iter Germanorum Gentium per Gallias intelligimus.
- b* Cn. Malli (quem Manillum alii vocant) & Q. Cæpionis, quos binis castris exierunt: Aurelium Scæurum, consulis legatum, viuum ante ceperant. Epit. Liu. 67.
- c* Secundo, tertium, quartum, quintum consul C. Marius huius belli causa factus est. Eutrop. 5. 1. Vell. 2. 12.
- d* Epit. Liu. 68 Eutrop. c. 1.
- e* Prope Verfellas. Plutarch. in Mario.
- f* Cic. Catil. 3. c. 10 & Catil. 4. c. 10. ad Quir. post. red. c. 4. Epit. Liu. 68.

§. 28. *Bellum sociale.* Secutum est bellum *Sociale* siue *Italicum*, quod etiam *Marsicum* dicitur, quia in Marsis vel *a* ortum fuit, vel gestum acrius. Quippe *b* plures Italiae gentes contra Romam consurrexerant, pro æquali bellorum labore ciuitatem ex æquo postulantes. Post varias clades vtrunque acceptas Romani præualebant *Q.* Pompeii & *L.* Sullæ virtute, compositoque exitiali bello *c* ciuitas Italiae *d* paulatim dari cepta est.

§. 29. *Bellum Mithridaticum.* *Vniuersa Asia ab Romanis domita.*

Dum hæc geruntur, rex Pontus *MITHRIDATES* eripiendæ Romanis

- a* Velleius 2. 15. *malum ab Asculanis ortum deinde a Marjjs exceptum.*
b Velleius 2. 15. *Vniuersa Italia, conuexioxiõs.* Nam ipse c. 16. 6. excipit. *qui arma non ceperant.* Acerrimi contra Romanos fuere Marsi, Picentes, Peligni, Samnites.
c Antea *socii*; & *Latini* Italique nominis vocabant. Iam lege Iulia *mitas est sociis & Latinis datus.* Cic. pro Balb. c. 8. aut *vniuerso Latio*; Gell. 4. 4. etiam *Italicis populis* Liu. epit. 80.
d *Præuocati* iis, qui arma non ceperant, aut deposuerant maturius, *Vellei.* 2. 16. deio *Latiuis, mox Italis.*

nis Asiae occasionem circumspicit, etiam
 perpulchram inuenit, ciuilem Romano-
 rum discordiam. Bithyniam, Paphlago-
 niam occupat, & omnem Asiam terrore
 implet, *a* LXXX. millibus Romanorum ci-
 uium vna die & vna epistola trucidatis.
 Contra hunc Sulla cum exercitu mittitur,
 qui *b* Graecia ad Romanos reductus, regem
 in Asia opprimit; cupidior vera triumpho,
 quam victoriae persequendae, occasionem
 regi male pacato dedit instaurandi bel-
 lum, & Asiam tanquam suam repe-
 tendi, qui cum Cyzicum oppugnat, a
 Lucullo repellitur, & regno exutus Ibe-
 ros, Albanos, ac Tigranem Arme-
 niae regem in societatem attrahit. Ma-
 ior vero erat Pompeii virtus, quam
 ut vel Ponticis gentibus, vel Caucasii
 tene-

a Val. Max. 9. 2. octoginta millia ciuium Ro-
 manorum: Plutarchus in Sulla pag. 467.
 δεκαπέντε μυριάδας, CL. millia.

b Graeciam per Archelaum ducem Mithridates
 inuaserat, & Athenas tenebat praesidio. *Ap-
 pian.*

tenebris terreretur, qui Mithridate *a* acie victo, ad voluntariam mortem, quam veneno frustra quaesierat, compulso, inde ab Euphrate & Ponto omnem Asiam, & sic Palestinam quoque, Hierosolymis *b* trimestri obsidione captis, in potestatem Romanorum redegit.

s. 30. Bellum civile Per eadem tempora *civile* inter Marium & Sullam *ortum.* *MARIUM & SVLLAM* bellum exortum est. Uterque Jugurtha victo, Marius etiam *c* Cimbrica victoria, clariores facti, gloriam sibi mutuo invidabant.

a In Armenia minore, eo loco, quo Pompeius Nicopolin, victoriae monumentum condidit. Vicerat autem *νικτωρα* nocturno *πρῶτο.* Plutarch. in Pompeio. Dio Cass. l. 36. Strabo 13.

b Urbem sine pugna intrauit: tres menses in templi expugnatione haesit: quod *εἰς τριῶν μῶνα* cepisse auctor Iosephus est 14. c. 8. Ben. Gorium pag. 50. col. 1. *בחדש הרביעי* *mensis quarto.* Adl. Eutrop. 6. II.

c & multiplicatis inde praeter mortem consulatibus. Diximus supra pag. 89. de Bello Cimbrico.

bant. Sulla cos. Asiam prouinciam, & sic Mithridaticum bellum sortitus erat, Marius vero per Sulpicium Trib. pl. sibi hoc bellum decerni postulauit. Interim egressus vrbe Sulla circa *a* Nolam moratur, auditaque contumelia, Romam reuersus, in ipsa vrbe cum Marianis prælio confligit. Victus Marius sexies consul ad mare fugit, & tandem ab omnibus desertus, in *b* paludibus latet, vnde retractsus Minturnas in carcerem abducitur. Ibi singulari *c* fortuna seruatus in Africam traiecit, afflictas suas res, si qua fieri posset, instauraturus.

Inter hæc Sulla *s. 31. Marius & Cin-*
 in Asiam contra Mi- *na urbem inuadunt.*
 thridatem profectus erat, cum Cin-
 na cos. *a* collega Octauio, quod no-
 uitios

a Nolanum bellum reliquias Italici Velleius vocat 2. 17. Nola enim arma pertinacissime retinebat c. 18.

b Ouid. 4. Pont. 3. v. 47.

In cæno latuit Marius cannaque palustris.

c Velleius 2. § 19, Appianus, 1. Ciu.

uitios cives in *a* tribus receperat, vrbe eii-
 citur, qui Capuæ apud exercitum de iniu-
 ria conquestus, receptis consularibus infi-
 gnibus, milites per Italiam vagatus con-
 trahit. Marius quoque cum suis, quos
 in fuga deprehenderat, ex Africa Etru-
 riam delatus Cinnæ coniungitur. Uter-
 que, diuiso agmine, vr̄bem inuadunt, tru-
 cidant, quotquot inimicorum obuios ha-
 bebant. Marius septimum consulatum vix
 auspiciatus moritur: Cinna aduersus Sul-
 lam in Asiam ducturus, a militibus, cum
 nollent naues ingredi, occiditur.

§. 32. Sulla in hostes Sulla victor ex
suos Romæ seuit. Asia rediens, in
 Campania superatis C. Marii reliquiis,
 Romæ incredibili *b* incredulitate in
 omnes mortuos pariter ac viuos, qui
 a se vnquam dissenserant, delæuit, &
 innu-

a Extorserant Itali ciuitatem Romanis bello so-
 ciali. Lis noua subnascitur, sintne Itali in
 veteres tribus adsumendi, an nouæ pro illis
 constituendæ. *Vll. Pat. 2. 20.*

b Vid. Valer. Maximus 9, 2.

DE REBYS ROMANOR. 95

innumeris clarissimis viris, consularibus, senatoribus, ac equestri ordine a proscriptione trucidatis, eiectis, saltim, dictatura tandem deposita, in Cumano moritur; Romæque contra Corneliæ gentis consuetudinem (ita enim testamento cauerat b talionem effossionis veritus) splendide crematur.

Hoc bellum, vt *S. 33. Bellum Sertorianum.*

la, *Sertorianum* peperit, cuius dux SERTORIUS, Marianarum ante partium, cum Sullæ proscriptionem effugisset, Hispaniam contra Romanos sollicitauit. Missus contra eum Metellus Pius iam magno natu, additus Cn. Pompeius acri virtute adolescens, quibuscum varia fortuna Sertorius pugnauit, & nisi c a suis occisus fuisset, ne octauo quidem anno finem facile bellum habuisset.

Etiam Cilices I- *S. 34. Bellum pirati-*
sauri & Pamphylîi *cum.*

a Velleius 2. 28. Primus Sulla exemplum proscriptionis inuenit.

b Cicero 2. Leg. cap. 22. Plinius 7. cap. 54.

c a suis in conuiuio occisus propter seueritatem intolerandam. *Appian. l. Ciu.*

Mediterraneum mare tam temporis infestabant, Mithridaticeo turbine ad rem illicitam inuitati. Aliquoties a Rom. ducebus repulsi, maxime a Seruilio, *Isaurici* nomen merito, non tamen victi prius fuisse, quam Cn. Pompeius Magnus diuisis copiis omnes maris aditus ab Herculeo fretto ad Hellespontum, & inde in Ciliciam vsque obsideret, & quadragesimo die ita mare tutum victoria sua redderet, ut longo post tempore nulli piratae in Romano orbe conspicerentur. Magnitudo victoriae vel ex hoc elucet, quod a DCCCXVI. naues piratarum captae sunt.

s. 35. *Coniurationem* Cum Pompeius, *Catiline Cicero consul* Mithridate profligato, in oriente moraretur, in vltimum discrimen respublica venit. CATILINA enim cum Lentulo praetore aliisque ad eadem optimatum incendendamque urbem coniurauit, perditissimo quoque in societatem allesto. A Cicerone consule in senatu

tu increpatus, noctu in castra aufugit, quæ
Fæfulis per Manlium quendam parauerat.
Qui remanserunt coniurationis principes,
indicio Allobrogum legatorum comprehen-
si a in carcere strangulantur. Alter consul
C. Antonius, Catilina per Petreium legatum
acie fuso, finem sceleratissimo bello im-
ponit.

Tanti mali me-
tum pensauit Pom-
peii triumphus, cui

*§. 36. Triumviratus
Pompeii, Casaris &
Crassi.*

b similem Roma non viderat. Ipse tot
victoriis elatus cum socero C. Cæsare &
M. Licinio Crasso societatem iniit pri-
mas reipubl. partes occupandi, quas
& aliquamdiu tenuere. Horum con-
siliis effectum est, vt Cæsari Gallia,
Pompeio Hispania, Crasso Parthia de-
cerneretur. Crassus autem Partho-
rum

a quinque in carcere necati. Cicero pro Sulla
c. II. quanquam nouem hominibus poena il-
la decreta erat, idem 3. Catil. cap. 6.
b Magnificentiam huius triumphi, per biduina
acti, scripserunt Plutarchus in Pomp. p. 642
& Appianus in Michrid. extra.

num auro inhians, a oppressus est in colloquio, & exercitum, fame ac hostium armis conflictatum, C. Cassius, Crassi quaestor, ægre in Syriam reduxit.

s. 37. *Cæsar potentia auctus iterum, postulat consulatum, & aduersum patriam cum exercitu venit.*

Cæsar in Gallia, Rheno ponte semel atque iterum iuncto, res feliciter

gerens, Britanniam, primus Romanorum cum classe ingressus est, sed, vt fieri solet, hac quoque felicitate ad res nouas excitatus a senatu postulauit, vt sui absentis in consulatus secundi petitione ratio haberetur, quod cum Pompeius (qui, Cæsaris potentiam metuens, Romam, rerum sedem, noluit relinquere, hispanicam prouinciã per legatos regens) cum potiore senatu negaret tantquam legibus aduersarium; Cæsar cum legionibus Romam venit, & Pompeio fugam cum suis claspso, ærarium vi effregit, quo opus

a Variant auctores in M. Crassi interitu, vide notata ad Sex. Rufum. Quod vero de auro in os occisi, caussa ludibrii, infuso proditum est, id dubitanter Dio Cassius 40. scripsit, ἀσπὴ τῆς ἀσπύου, vt quidam dicunt.

opus erat ad futurum bellum, aurum argen-
tumque diripuit. Inde cum copiis in Hi-
spaniam regressus, ut tergum sibi tutum præ-
staret, *a* legatos Pompeii comiteatu inter-
clusos, ad *b* deditiōem compulit.

Pompeius interea

*S. 38. Pompeius pu-
gna Pharsalica victus.*

Graciam belli se-
dem eligens, *Dyrrhachii* copias, quantas
poterat, colligebat, multis auxiliis orien-
taliū regum confirmatus. Quo cum Cæ-
sar ex Hispania venisset, vincitur primo *c*
conflictu a Pompeio, sed in Thessaliam
progressus in campis *d Pharsalicis* vicissim
Pompeianos tanto impetu concussit, ut
omnes disicerentur, & ipse dux exigua
navi in Aegyptum profugeret, ubi in Pe-
lusio portu Ptolemaei regis iussu fuit inter-
fectus.

Cæsar Pompe-
ium persecutus in
easdem in Aegy-
pto insidias cadit,

*S. 39. Cæsar, rebus
Aegyptii & Ponti com-
stitutis, Pompeianis re-
liquias persequitur. Tan-
dem Pompeii quoque fi-
lios vincit.*

E 2

quas

a Afranium & Petreium.

b Cæs. 1. Ciu. c. 84.

c ad Dyrrhachium Cæs. 3. Ciu. 69.

d Cæsar 3. Ciu. 93.

100 DE REBUS ROMANOR.

quas ægre clapsus *a* Mithridatis Pergameni opera denuo oppugnat Aegyptum, & rege in hisce turbis mortuo, omnem sibi subiecit. Mithridatis quoque Pontici regis filio PHARNACE celeri felicitate victo, & Aegypti regno CLEOPATRAE restituto, Romam rediit, & rebus, quantum poterat, compositis, in Africam profectus Pompeianas reliquias, quibus Scipio & Cato, Iubæ *b* Numidarum regis auxilio firmati præerant, in tantas *c* angustias adegit, ut singuli duces seipsos interficerent. Inde in urbem reuersus quatuor vno mense triumphos egit, de Gallia, Aegypto, Ponto, & Africa, adhibito in quemlibet

a Hic Mithridates Pelusum expugnauit Dio 42. a Cesare non solum Galatiæ tetrarchia, sed Bosphori etiam regno donatus, *Supra p. 65.*

b Multi Iubam vocant regem Mauritanæ, & Lucanus 4. v. 672. eius regnum poetica figura ad Gaditanum mare extendit. Sed, Iuba in Numidia regnante, Mauritania citerior Bocchi, vltior Bogadis erat, Adde, Tab. Regum Afr.

c prælio ad Thapsum. *Hirt. c. 82.*



bet diuerso ^a apparatu & instrumento.
 Non dum autem debellatum prorsus erat,
 sed Pompeii filii in Hispania ingentes co-
 pias collegerant, quas ægre & summo ^b
 periculo ad *Mundam* Cæsar profligans,
 quintum quoque ex Hispania triumphum
 agit.

Vix postea ^c quin- *J. 40. Cæsar interfe-*
 que mensibus quie- *ctus.*

te in vrbe vsus erat, & clementiæ fructus
 ceperat, cum a Marco & Decimo Brutis, &
 C. Cassio aliisque senatoribus (ix. enim
 conspirasse dicuntur) idibus Martiis, in Pom-
 peii curia xxiii. vulneribus interficitur. Per-
 cussores diffugiunt, M. Brutus cum Cassio in
 Græciam, & Asiam; Decimus Brutus Mu-
 tinam, vbi ab Antonio, Cæsaris in consulatu
 collega, obsidetur, post, soluta obsidione, in
 Gallis securi ceruicem ^d parum fortiter sub-
 iecit.

E 3

- ^a Velleius 2. 56. Florus 4. 2.
^b Plutarch. in Cæs. Eutrop. 6. 19. Flor. 4. 2.
^c Octobri mense in urbem reuerterat, cum idibus
 Martiis interficitur. *Vell. Pat. 2. 56.*
^d Reprehensus ob id a Seneca *Epist. 82.* & Valer.
 Maximo 9. c. 13. Antonii autem iussu occi-
 sus est. *Add. Vell. Pat. 2. 64.*

§. 41. Octavianus Antonius & Lepidus triumviri.

Dum hæc geruntur, OCTAVIANVS CAESAR, ab

Iulio adoptatus & ex testamento hæres, præter omnium opinionem cum Antonio hoste iudicato & M. Lepido societatem & triumviratum init, quibus ad urbem proscripti & occisi, & inter hos quoque M. Cicero. Sextus etiam Pompeius (nam Cnæus frater in Hispania a perierat) magnam classem apud Messanam Siciliae habens, a triumviris,

nec tamen b incruenta victoria opprimitur, & in Asiam profugiens, iussu Antonii, a quo opem petierat, c iugulatur.

§. 42. Lepidus societate excidit. Octavianus & Antonius contra Brutum & Cassium profecti.

Primus vero Lepidus societate d excidit, Cæsarem in Sicilia hostiliter of-

fendens, & ob id dignitate post decimum

a Hirtius Hisp. c. 39.

b prælio inter Mylas & Naulochum superavit Octavianus Pompeium, sed ipse ex improviso ab eiusdem ducibus fugatus est. Suet. 16.

c Apud Miletum iugulatus Sex. Pompeius ab Antonii militibus. Strab. 3.

d Velleius Pat. l. 2. c. 80. at pontificatum retinuit, qui

mum, ex quo acceperat, annum exutus. Brutum vero & Cassium, orientis robore confirmatos, Octavianus cum Antonio adgreditur, & victus ab iis omnino ad *Philippos* Thraciæ fuisset, si par virtuti fortuna a partibus percussorum stetisset. Sed errore factum fuit, vt victores se victos putarent, & desperatis rebus, manus sibi violentas inferrent.

M. ANTONIVS

res orientis ordinaturus, in a *CLEOPATRAE* amores incidit, quem vt Ful-

§. 43. Antonii amores. Res contra Parthos gesta. Herodes Iudæa rex. Victus Antonius ab Octaviano. Eius & Cleopatrae mors.

via vxor abstraheret, per fratrem eius *Lucium* in Italia bellum mouit, quod *Perusina* obsidione, vel fame potius, & deditioe *L. Antonii* compositum fuit. Post mortem *Fulviae* Octavianam *Marcus* ducit sororem *Caesaris*, & breui post repudiat, *Cleopatrae* vnice addi-

qui non prius, quam mortuo illo, in Augustum translatus est. Dio 54. Appian. 5. Ciu.

Antonius bis se dedit *Cleopatrae* amoribus, Primum superstiti *Fulvia*, & tunc *amasiæ*, non vxorem haberi volebat: deinde repudiata *Octavia*, quam mortuæ *Fulvia* induxerat. Tum se mari-

addictus. Sub idem tempus Parthi, Labieno duce, inuadunt Syriam, & in Ioniam usque prædabundi excurrunt, Antigonum quoque, a Aristobuli filium, Iudæis regem imponentes. Parthos VENTIDIUS vincit Antonii legatus, cadit acie PACORUS, regis filius, Labienus capitur, de Parthis primum a *b* Ventidio triumphatur. Antonius etiam contra Parthos expeditionem facit, sed male acceptus, multisque difficultatibus pressus, in Syriam ægre copias, quippe fame & morbo debilitatas, reducit. Antigonum Iudææ regem Herodes Romanorum auxilio exturbat, quem Antiochiæ Antonius iubet *c* securi percipi. Cleopatra

maritum Cleopatras professus est. *Plutarch. in Anton.*

- a* Aristobuli, quem Pompeius in triumpho duxerat. *Ioseph. B. I. l. 1. 11.*
- b* quid propter exemplis singularis fortunæ adnumeratur a Valer. Max. 6. 9. Plin. 7. 43. Gell. 15. 4. Nam bello Marfico ipse triumpho ductus fuerat.
- c* Ioseph. Antiq. 15. 1. πελεκίσαι: Dio 49. p. 405. Αντίγονον ἐμασίγωσε ταυτῶ προσδήσας, καὶ μετὰ τῆτο καὶ ἀπέφαξεν, flagellauit palo alligatum, & post hoc etiam trucidauit.

patra, impotenti animo foemina, cum Romæ etiam regnare cuperet, ab Antonio libidinum pretium Romanum imperium petit, cui ille obsecutus res novas molitur & Octavianus Cæsari bellum indicit. Sed victus ab eo ad *Actium* in Aegyptum refugit, & res ibidem mutatas inueniens, se ipse interemit, quem Cleopatra, triumphii ludibrium venita, veneno aut a aspidum morsu, vt creditum est, secuta fuit.

Sic æmulis sublati, festam rempubl, Octavianus quasi in sinum suum re-

§. 44. *Octavianus Augustus Iani templum claudit. Sub eo Christus natus.*

cepit, omnibus honoribus, **AVGVSTI** inprimis cognomine, a senatu **E** **5** con-

* De morte Cleopatæ variantes opiniones. Admoto serpente extinctam plerique tradiderunt, Horat. I. od. 37. Florus 4. II. Eutropius 7. 4. aliisque: sunt, qui acu venenata sibi mortem attulisse credunt, vt apud Dionem est lib. 51. *το δὲ ἀληθὲς ὅδε ἐστὶν ἵδιον, sed veritatem nouit nemo*, iudicante Plutarcho in Antonio, quia nulla macula, nec vulnusculum in corpore eius repertum, neque serpens quamuis diligentissime quaesitus, inueniri potuit.

condecoratus. Tandem cum Dacos, Dalmatas, Hispanos, Parthos & ipsos quoque Germanos, pervomisset, nec hostis superesset, quem Romani timerent, Iani templum, quod tantum bis a condita vrbe euenerat, ipse a ter clausit, ita Deo volente, vt Princeps pacis IESVS CHRISTVS sub pacifico imperatore, anno imperii eius XLII, HOMO nasceretur.

LIBER

^a Suetonius c. 22. in codd. Florentinis habet *tot.* Clausus autem primum fuit post Aetiacam vi-
ctoriam, *Dio. Cass. 51.* iterum post Contabri-
cam *lib. 53.* de tertium clauso perdidimus ve-
terum monumenta: seruauit Orosius 7. c. 3.
ex Tacito, *sene Augusto Ianum patefactum* &
cum Cajus ad bellum Parthicum mitteretur.
Duodecim annis ante hoc clausum fuisse tra-
dit Orosius 6. 23. sed H. Noris in *Cenotaph.*
Pis. p. 197. probat, vix maius, quam trien-
nii spatium bello fuisse vacuum. Inscriptio
sub Augusto apud Gruterum p. 149. ORBE
MARI ET TERRA PACATO TEMPLE
IANI CLVTO &c.

LIBER V.

DE

REBUS ROMANORVM ET ECCLESIAE SVB IMPERATORIBVS ETHNICIS.

Romanæ monarchiæ fundamenta iecit Cæsar IVLIVS, quamuis fru-

S. 1. Augustus stabilivit imperium. Res ab eo gesta. Censuræ institutus.

ctum eius capere invidia suorum non potuerit: Octavianus vero AVGVSTVS apud Actium victor stabilivit imperium, & successoribus firmum reliquit, adiecta Aegypto, Cantabria, Aquitania, Pannonia, Dalmatia, & Germania atque Rhætia, & per *b* Caium nepotem

E 6

a Germaniæ inter Rhenum & Albim magnam partem subegit Augustus per priuignum Drusum expeditioni immortuum. *Dio lib. 55.*

b Duos Augustus Armeniis iam reges dederat, Tigranem, & hoc oppresso, Arrauasdem, quem alius Tigranes, Parthorum præsidio nixus, eiecisset; Caius Augusti nepos adoptione filius, ad bellum Armeniacum missus, primo certamine vincis Tigranem, in locum eius

Arie-

potem Armenia recuperata, felix in omnibus imperator, si clades in Germania acceptas, *a* Lollianam & *b* Varianam, exepias, illam maioris infamiae, quam detrimenti; hanc pæne exitiabilem, tribus legionibus cum duce legatisque & auxiliis omnibus, caesis. Ante Vari cladem census egit Romani orbis, missis in prouincias clarissime viris *c* extra ordinem,
&

Ariobarzane substituto, Armeniam rursus in fidem & clientelam Romanorum reducit, quamuis ipse in Artageræ obsidione proditoris dolo letale vulnus acceperit. *Tacit. 2. Annal. c. 3. & 4. Vell. 2. 102. Dio Cass. 55.*

a Germani, Rheni aecolæ, Romanis quibusdam cruci adfixis, amnem transgressi equitatum contra se missum fuderunt, & fugientes insequendo in ipsum Lollium legatum incidunt, quem perinde profligant. Compescuit motum Augusti aduentus sine certamine. *Dio 54. p. 535. Vell. Pat. 2. 97. Sueton. c. 23.*

b Suetonius c. 1. *Tacit. annal. 1. c. 60. seqq.*

c Dio lib. 56. de ultimo quidem Augusti huictamen persimili censu, ἐπεμψεν ἄλλως ἄλλη τὰ τε τῶν ἰδιωτῶν καὶ τὰ τῶν πόλεων κτηματα ἀπογραφομένους, alios alio misit, qui priuatoium ac
ciuita-

& in Syriam quidem *a* Quirino cum imperio censu habendi, quo tempore praeses ordinarius Sentius erat *b* Saturninus. Sic factis propitiis factum est, ut Dei mater Bethlehemem veniret census causa, & ibi in lucem ederet orbis Seruatorem, & ipsum Roma-

eiuitatum facultates describerent. Et Suidas in voce ἀπογραφή ex veteri scriptore tradit. Augustum εἰκοσὶν ἄνδρας τὴν ἀρίστην τὸν βίον καὶ τὸν γένειον, viginti viros morum integritate conspicuos ad has ἀπογραφὰς siue descriptiones faciendas elegisse.

a qui adhuc bene rem contra Honoradenfes in Ciliciae & Laconiae confinio gesserat, Tac. 3. 48. iam vel extraordinarius censor, vel procurator in Syria, vel procuratori adiunctus. Vid. Vfler. p. 531.

b Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. cap. 7. *Archiva Romana*, ait, custodire censum Augusti, testem fidelissimum *Dominicae natiuitatis* & cap. 19. *census*, inquit, constat actos sub Augusto nunc in Iudeam per Sentium Saturninum &c. vbi Casaubonus p. 205. Exercitar. notat, PER poni Tertullianici pro ἐπι Σεντίου, aut praesidem agente Sentio &c.

Romano *a* censui, sed nostri causa, obnoxium.

s. 2. {Tiberii 'mores
& gesta. Sub eo Christi
fuit cruci adfixus. La-
titia populi, illo mor-
tuo.

Augusto, Nolæ
mortuo, TIBERIVS
ex Livia priuignus
successit, homo sub-

dolus & crudelis,
simulans, ea se velle, quæ nollet, *b* quasi in-
fensus, quis consultum cupiebat: his vero,
quos oderat, quasi beneuolus apparens.
c Reges ad se per blanditias extraxit, quos
numquam dimitteret, regno *d* quorundam
in prouinciæ formam redacto: ægre vero
imperii fines contra barbaros defendit. Ar-
meniam Sarmatis, Galliam *e* Germanis di-
ripientibus. Huius xviii. anno per Iudææ
procu-

a Orosius fin. lib. 6. Tunc, inquit, natus est Christi: Romano censui statim adscriptus est.

b Verba sunt Epitomæ Victoris c. 7. adde Tacitum 4. 71. 3. Dionem 57. princip.

c Suetonius c. 37. nominat Marabodum Germanum, Rascuporim Thracem, & Archelaum Cappadocem.

d Archelai nimirum, de quo diximus, p. 63.

e His fores aperuit, reuocato per inuidiam ex medijs victoriis fratris filio Germanico.

procuratorem *a* Pontium Pilatum supplicio adfectus est DEI FILIVS, de cuius miraculis cum Cæsari Pilatus perscripisset, ad senatum ille *b* retulisse dicitur, vt Christus in deorum numerum reciperetur, quamuis consecrationem senatus recusauerit. Morte eius sic lætatus est populus, vt pileos, libertatis insigne, induerent, pars *Tiberium in Tiberim* clamitarent, pars vncum & *c* Gemonias cadaueri minarentur.

Successit ei Ca- *g. 3. Caligula crudelis.*
ius Cæsar cogno.

mento CALIGVLA, filius Germanici & Agrippinæ, neptis Augusti, superbus, libidinosus, & ita crudelis, vt haud vano Tiberii præfagio dictus fuerit *d natix reipublicæ*, siquidem optasse dicitur, vt vnam ceruicem *e* populus Rom.

a Tacitus 15. 44. 4.

b Terrullianus Apologet. c. 2. Orosius lib. 7. c. 1. & 2.

c Gemoniæ, scilicet *scalæ*, locus, in quem damnatorum corpora adiciebantur, vncō inde in Tiberim trahenda. Suet. Tiber. 53. 61. Vitell. 17. Tac. H. 3. 74.

d Suetonius cap. II.

e Sueton, cap. 39.

Rom. haberet, & crebro illud tragicum ias
 etasse: *oderint, dum metuant.* Cum non
 integro quadriennio imperasset, in palatio
 a coniuratis interfectus fuit.

§. 4. *Claudii mores & Post hunc Tibe-
 res gesta. Nero, por- rius CLAVDIVS,
 tentum, tandem in chri- Drisi, Tiberii fra-
 stianos quoque scuit. tris, filius, stolidus*

& libertorum a seruus imperauit, tumul-
 tuantem b Mauretiam perdomuit &
 prouinciam fecit, in Britannos quoque
 c secundus ab Iulio per Cn. Sentium
 &

a De potentibus libertis Claudii Suetonius cap.
 28. consulatur.

b Mauretania (Bochi & Bogudis regna, qui inter
 ciuilia Romanorum arma perierunt) ab Augu-
 sto Iuba datur historico, Iuba, Numidarum re-
 gis & Pompeio amici filio, cui successit Ptole-
 mæus filius, ex Antonii & Cleopatæ filia natus
Strabo 17. Hoc interempto a Caio Cæsare *Plin.*
 5. 1. fit tumultus, quem Claudius sedauit &
 prouinciam fecit, *Dio 60.* Tum primum diuisa
 fuit in *Cæsariensem & Tingitanam.* *Dio. c. 1.*

c Augustus bis expeditionem in Britannos susce-
 pturus erat. Primam legatio supplex Britan-
 norum impediuit. *Dio Cass. 53. p. 512.* alte-
 ram tumultus Salassorum & Cantabrorum
ibid. pag. 513.

& A. Plotium *a* expeditionem suscipiens. Huius successor NERO Claudius, filius sororis Caligulae, primo *b* quinquennio principis non mali speciem praebuit, postea tanta saevitia atque libidine astuans, ut humanitatem exuisse omnem videatur. Fratre enim, vxore, matre & praepatore Seneca interfectis, urbem quoque incendit, ut imaginem ardentis Troiae *c* cerneret. Interim quae ipse fecerat, Christianis incendia *d* obiciebat, ferro, flammis & ferarum laniatu in ipsos saeviens, quae prima fuit ex atrocibus primae Ecclesiae persecutionibus.

Cum vero contra rebelles Iudaeos *s. s. Galba imperium inuadit, cui Otho succedit. Vitellius & Vespasianus imperatores.* Vespasianum misisset, Seruius GALBA, Hispaniae Tarraconensis praefectus, impe-

a Ex Eutrop. 7. 8. De Plautio egregia Dio Cassius 60. cuius legatus Vespasianus erat. Ipse Claudius parti expeditionis adfuit. Suet. 17.

b Vnde Traianus dicere solitus, procul differre cunctos principes Neronis quinquennio. Aurel. Vict. in Ner.

c Sueton. 38. Eutrop. 7. 9.

d Tacitus 15. c. 44. Sulp. Severus. 2. c. 29.

imperium inuadit, Nerone sibi ipsi manus inferente. Galbam septimo mense confecit OTHO, hunc VITELLIVS trimestrem principem deuicit, a Germanicanis exercitibus imperator delectus. Vitellium vita pariter & imperio per praemissos duces VESPASIANVS exiit, quem bello Iudaico occupatum tam a Pannoniae Moesiaeque, quam Syriae exercitus ad rempubl. capessendam instigauerant.

*§. 6. Iudeorum res
tempore Pompeii & Cae-
saris.*

Mentione Iudae-
orum facta, pretium
operae erit eorum

res & clades altius repetere. Cum Pompeius, Mithridate victo, victoricibus armis orientem percurreret, Iudaeis praerant Iannaei Alexandri filii, ARISTOBVLVS & HYRCANVS, de principatu fraternis discordiis atrociter dimicantes. Causa Pompeius cognita Hyrcanum principem Iudaeis dedit: Aristobulum vero catenis vinctum Romam misit.
Postea

a Suetonius in Vitell. c. 15.

b Flor. 3. §. n. 30. & Appian. in Mithrid.

Postea Iulii Cæsaris in Aegypto victoris indultu *a* ANTIPATER Idumæus dynastiam quandam Syriae & Iudææ impetrauit, filiisque HERODI & *b* PHASAELO reliquit, quos cum grauiter ANTIGONVS Aristobuli filius, euocatis Parthis, affligeret, Herodes Romam conquestum fugiens Antonii ope *c* rex Iudæorum a senatu appellatus est. Antigonus vero, qui interea regnauerat, expugnatis Hierosolymis, *d* captus fuit, & Antiochiæ Antonii iussu securi percussus.

Herodi Augustus regnum *e* con-

§. 7. Eorundem status sub Augusto eiusque successoribus.

firma-

a Iosephus B. Iud. I. cap. 8.

b Hic Phasælus Herodis frater, in bello contra Antigonum a Parthis captus, vt Antigono traderetur, se ipse capite ad petram alliso, interfecit. *Ioseph. A. Iud. 14. c. 25. & Bell. 1. cap. 11.*

c Ioseph. lib. 14. c. 28 & lib. 15. c. 1. Cepit autem Herodes Hierosolyma auxiliis Romanorum.

d Nec confirmauit modo, sed etiam Zenodori Iatronis, aliasque possessiones, inter Galilæam & Trachonem sitas, addit. *Ioseph. 1. Bell. Iud. 15. & 16. Antiq. 13.*

firmavit, quo superbe & crudeliter vsus fœdo tandem *a* morbo ex vita excessit. Huius filii regnum Augustus diuisit, *b* vt PHILIPPVM Batanæ, Trachonitidi & Auranitidi; Herodem ANTIPAM Galilææ & Perææ tetrarcham daret: maiorem natu ARCHELAVM præficeret Iudææ & Samariæ ethnarcham, quem post nouem annos accusatum crudelitatis *c* Viennam, Galliarum urbem, deportauit, Iudæa in prouinciam redacta, quæ ex illo tempore a *d* procuratoribus Cæsaris administrata fuit. Interea Antipas Herodes

a In Herodis morbo notatur πῦρ μαλακόν, *lepus ignis*, deinde ἐπιθυμία δεινὴ τῆ δέξασθαι *insatiabilis voracitas*: ad hæc ἔλκωσις τῶν ἐντέρων *exulceratio intestinorum*: etiam φλέγμα ὑγρὸν περὶ τῆς ποδῶν καὶ διαυγές *tumor pedum humidus & pellucidus*: denique τῆ αἰδοῖς σπυς σκώλικας ἐμποῖσσα. *putredo verendorum vermiculos generans.* Ioseph. 17. 8.

b Diuisio illa describitur lib. 17. Antiq. Iud. Iosephi cap. 13.

c Ioseph. Ant. Iud. 17. c. vlt.

idem li. I. cap. 1.

rodes tetrarchiam, quam acceperat, re-
gens Ioanni Baptistæ a Machærunte capti-
uo caput præcidit, a Caio Cæsare tandem
in *b* exilium eiectus. Agrippas vero ma-
ior, quem *c* Actus Apostolici etiam He-
rodem vocant, a Caio Cæsare rex tetrar-
chiæ Philippi & *d* Lyfaniæ appellatus,
a Claudio cæteris æui sui Herodis
Magni

a Iosephus Machæruntem dicit Ioannis carce-
rem 8. Ant. c. 7. quod Lightfoot in Matt.
14. 10. in dubium vocat.

b Lugdunum Galliæ eiectum tradit Iosephus 18.
9. in Hispaniam idem l. 2. B. l. c. 16. Nisi
ergo oblitus sui Iosephus fuit, dicendum cum
Scaligero ad Euf. p. 17. primum in Galliam
relegatum fuisse, deinde ut longius a patria
abesset, in Hispaniam. Causa exilii erat re-
bellionis suspicio ex armorum copia ingenti
nata accusante Agrippa Trachonitidis rege.

c. Act. 12, 1.

d Lyfaniæ Abilenes tetrarcha *Luc.* 3. 1. non
fuit ex familia Herodum. An vero Lyfaniæ
filius, Nabatææ & Iturææ principis, ab Anto-
nio interfecti, *Dio Cass.* 49. Casaubono *Ex-
erc.* 13. non videtur, qui inter huius necem
& Lucæ historiam LXIII, anni intercedant.
Noris Cenotaph. p. 230. in medio relinquit.

Magni *a* possessionibus auctus, Iacobum occidit, immensæ superbiæ ac diuinitatis adfectatæ pœnas luit. Filius, Agrippa minor, patri non succedit, sed *b* regulus fit Chalcidenæ in Syria, quæ postmodum a Claudio cum Philippi tetrarchia & Abilene permutata fuit. Patre vero, Agrippa maiore, divina vindictæ procuratores accepit, ex quibus fuerunt Felix & Festus, apud quos causam dixit Paulus Apostolus; & tandem Gesius Florus, sub quo exortum est

a Agrippa, Herodis ex Aristobulo nepos, Romæ diu versatus, in consuetudinem venit Cæsarum: offenso autem Tiberio, in vincula conicitur, e quibus soluit illum successor Caligula, & diademate imposito regem constituit tetrarchiæ Philippi & Lysaniæ: mox augetur tetrarchia Antipæ relegati: quibus Claudii liberalitate vniuersa accedunt, quæ avus Herodes possederat; atque ita etiam Iudæa, quæ tum desit provincia esse. *Ioseph. 18. 8. 9. & lib. 19. 4. Dio 59. 60.*

b Iosephus Antiq. 20. c. 5. & hic Agrippa est, apud quem Paulus captiuus pro se & Christiana fide dixit. *Act. 24. & 25.*

c Ioseph. Antiq. 19. extr.

est *a* bellum Iudaicum, quo Vespasianus Galilæam & Iudæam perdomuit, Titus Hierosolyma deleuit, vterque de Iudæis triumphauit.

Sed ad VESPASIANVM reuertimur, principem mitem, affabilem & in artium professores insigniter liberalem, qui quamuis pecuniæ ex rebus etiam

S. S. Vespasianus eiusque filius Titus, optimi principes. Domitianus sæuus & christianorum hostis. Huius successor Nerua. Traiani res gestæ & mores optimi, qui tamen in christianos fuit iniquus. Ecclesiæ calamitas.

parum decoris conquirendæ audior esset, bonus tamen vel ideo habetur, quod optimum reliquit successorem TITVM filium, illas nempe delicias *b* humani generis, qui diem absque beneficiis perdi putabat, nec vllum ab imperatore tristem dimitti oportere. Sed breuis, biennio conclusa, felicitas fuit, quam hoc peiora tempora exceperunt, quo dissimilior fuit Tito frater & successor DOMITIANVS, sæuus, superbus, vno edicto *c* philosophos vrbe & Italia

ex-

a Tacitus Hist. 5. 10.

b Eutrop. 7. 14. Sueton. cap. 8.

c Suet. c. 10. & Gell. 15. 11. f.

expellens; Christianorum hostis infensissimus, qui Ioannem Apostolum in insulam Pathmum relegavit, cetera de Dacis & Germanis falsum triumphum *a* egit, & veræ gloriæ Iulii Agricolæ, Britanniam subiugantis, invidit: Huic occiso post xv. annorum tyrannidem, & ignominiosè *b* sepulto successit NERVA Traianus admodum senex, qui libertatem & principatum miscuit, res olim dissociabiles, & brevī imperio (post xvi. enim menses defunctus est) non brevem felicitatem reipubl. attulit. Vlpium TRAIANVM adoptando, qui ita imperio præfuit, vt non aliter postea in senatu acclamatum principibus sit, nisi *c* *felicior Augusto, melior Traiano.* Etenim longissime omnium protraxit imperii fines, & Daciam quoque, devicto rege Decebalo; etiam Mesopotamiam, Assyriam & Armeniam provincias fecit, & orbem Romanum
splen-

a Tacitus Agric. cap. 39.

b Funus cum ingenti dedecore per vespillones exportatum. Eutrop. 7. extr.

c Eutropius 8. c. 2.

Splendidissimis *a* operibus ornauit.
 Tanta comitate, liberalitate, & in do-
 ctos amore fuit, vt iustis de causis S. P.
 Q. R. *b* *Optimi* illi cognomen adiecerit.
 Hoc solum gloriam tanti principis ob-
 securat, quod præpostera in deos suos pie-
 tate & religione acerbis aliquamdiu
 Christianos adflixit. Tandem *a c* Plinio,
 Bithyniæ consulari potestate propratore,
 certior factus, Christianis innocentiam
 vitæ singularem esse, mitiorem *d* sen-
 tentiam tulit, non conquirendos esse, si
 vero deferantur & arguantur, puniendos.
 Hoc tempore *Ignatius*, *e* Antiochenus
 F episco-

a Pons in Istro lapideus, quem epitome Dionis delineat, in primis operum Traiani memorandus. Nec pauca aliorum in diuersis prouinciis supersunt vestigia.

b Plinius Panegy. c. 88. adde c. 2. eiusd.

c Plinius lib. 10. epist. 97.

d idem epist. 98. quam Traiani responsionem Tertullianus Apolog. c. 2. iuste reprehendit. Si damnas, inquit, cur non es inquis? aut cur non absoluis, si non inquis?

e Eusebius Hist. Eccles. 3. c. 36.

episcopus, Romam adductus fuit & bestiis obiectus. Neque hæc sola erant christiani fundi calamitas, sed hæretici quoque pridem cœperant Ecclesiam turbare, *Cerintbus*, *Ebion*, Christi a Deitatem impugnantes, quibus, Ioannes Apostolus (nam ad hæc tempora vixisse traditur) diuinos suos libros opposuit,

s. s. Adrianus quasdam prouincias relinquit, christianis reddit pacem & Iudeos iterum rebellantes reprimit.

Ad finem propebat primum sæculum christianorum, cum Traianus reipublicæ

præficeretur, cui ad Seleuciam Isauriæ post vndeuginti annos defuncto successit AELIVS ADRIANVS, qui tot rebellibus populis (plures enim defecerant) resistere non ausus, reliquit prouincias *b* Trans-euphrataeas, quas Traianus fecerat, & de Dacia idem conati amici dissuaserunt, ne

a Hieronymus Catalogo Script. Eccles. in Ioanne Apostolo *asserunt*, inquit, *Christum ante Mariam non fuisse*. De aliis horum erroribus videatur Tertullianus Præf. adu. hæret. c. 48. Euseb. H. E. 3. 27. 28.

b Spartianus in Adriano cap. 5. Eutropius 8. 3.

ne innumeri coloni Romanorum, a Traiano deducti, barbaris proderentur. Hic *a* Quadrati apologia mitigatus pacem Christianis reddidit, *b* epistola ad Asiæ procos data, vt nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Iudæos in Cyrenæica, Aegypto & Cypro tumultuantes aliquot cladibus *c* Traianus attriuerat, spiritus vero superbæ gentis adeo non repressit, qui Adriani tempore vehementius confurgerent, instigati maxime a quodam *d* Bar Cochba, id est, *stelle filio*, qui

F 2

pro

- a* Hieronymus Epist. 84. ad Magnum. *Quadratus* inquit, *apostolorum discipulus & Atheniensis pontifex ecclesie, nonne Adriano principi, Eleansis sacra inuisenti, librum pro nostra religione tradidit? & tantæ admirationi omnibus fuit, vt persecutionem grauissimam illius excellens sedaret ingenium.* Euseb. 4. 3. 8. & Oros. 7. 13. Aristidem & præsidem Serenum Granium eiusdem causæ deprecatores addunt.
- b* Orosius cit. loc. Euseb. 4. 9.
- c* Xiphilius lib. 68. extr. Euseb. H. E. 4. 2.
- d* R. Ganz in Zemach. David. pag. 41. A.

בבבב

בר

הכסא

בבבב

בר

124 DE REBUS SAECVLI

pro suorum liberatore & promisso Messia
haberi cupiebat. Post multa proelia col-
latum est omne bellum circa a Bitterem
oppidum, eoque expugnato & deleto,
confectum feliciter fuit, ruderibus quoque
b Hierosolymæ, quam instaurare cœperant
Iudæi, funditus deiectis, & nouo oppi-
do

כור ברומיים ועשה את עצמי
משיח ועל כן נקרא בר כוכבא מפני
שרש ואמר שעליו נאמר דרך
כוכב מיעקוב Ben Cuziba vocatus. Bar

Cochba, rebellavit contra Romanos & fecit se
ipsum Messiam, & ideo dictus est. BAR COCHBA,
stellæ filius, quia de se interpretabatur Num.
24. 17.) Processit stella de Iacob. Adde Iu-
chasin. p. 35. B.

a Euseb. H. E. 4. 6. ἀκμάσαντι τῷ πολέμῳ κατὰ
Βίθρυρα πάλιν, ἢ τις ἦν ὀχυρωτάτη, increfcente
bellis circa Bitterem, urbem munitissimam. Iu-
dæi כירר scribunt.

b Hieronymus, Epist. 19. ad Dardanum, Ciuili-
tatis, inquit, Hierosolymæ) usque ad Adria-
num principem per quinquaginta annos man-
sere reliquia. Has κατάσκαψε diruit Adria-
nus, ut ei æqualis Appianus auctor in Syria-
cis est.

do ibi constituto, quod a Aeliam de suo nomine Adrianus dixit, addito edicto, b ne quis Iudæus natione vel a longinquo illam regionem adspiceret.

Obiit Adrianus *s. 10. Antonius Augustus clemens & benignus. M. Antoninus & L. Verus primum vna imperant, deinde solus Marcus. Legionis fulminatricis fabricius Hereticis illino poris.*

integritatem PIVS cognominatus est, quod nulli acerbus, cunctis benignus esset, & defendere magis prouincias, quam amplificare studeret. Hic iussu patris adoptauit M. ANTONINVM PHILOSOPHVVM, Marcus L. VERVM, qui post fata Pii, sicut genere & adfinitate, ita imperii consortione vndecim annis coniun-

F 3

ci

a Eusebio & Orofio Aelia: Xiphilino Aelia Capitolina cum cognomine Iouis. Omnia enim ethnicorum more in nouo oppido instituta. Iouis simulacrum in loco resurrectionis: in crucis rupe statua Veneris vsque ad Constantini imperium stetit. Hieron. Epist. 13. ad Paulin.

b Aristo Pellaus apud Eusebium c. l. hæc prodidit.

cti fuerunt, *a* primo reipubl. Romanae exemplo, vt duos simul augustos videret. Lucius Verus luxuria diffluens, id laude dignum habuit, quod Parthorum regem Vologesum *b* superauit, nec collegæ Marco inuidit triumphæ societatem. Cum Aquileiæ aliquamdiu egisset belli Pannonici causa, subito morbo correptus diem obiit supremum. At Marcus non tam nomine, quam vita & doctrina philosophus, solus postea reipublicæ præfuit, eamque optime gessit, nisi quod Parthici belli tempore iniquior fuerat *c* Christianorum causæ, in Gallia aliisque prouinciis supplicio adficiens Christianæ professionis homines, & in his quoque Polycarpum Smyrnesem, ex variis periculis ad hæc tempora conseruatum. Bellum quoque gessit contra Quados &

a Spartianus in Adriano cap. 24. Eutropius 8, 5.

b Capitolinus in Marco & Vero. Orosius. 7, 15.

c Orosius c. l. Eusebius. 4, 15.

& Marcomannos adeo periculosum, vt cum Punicis conferatur, in quo cum siti premere-
tur exercitus, & pæne ad desperationem ada-
ctus esset, legionis *a* Melitenæ milites chri-
stiani id *b* precibus impetrarunt, vt hostibus
fulmine prostratis, Romanæ copiæ effuso im-
bre rescicerentur, vnde & legioni *c* *fulmina-*
triciis cognomen *d* imperatorem addidisse,

F 4

vulgo

a Melitene de loco statitorum apud Cappadoci-
am siue minorem Armeniam dicta. Erat an-
tem Legio XII. cum cognomento FVLMI-
NEAB. *Notit. Imper. sub duce Armen. p. 232.*

b Mirandam rem e nostris scripserunt Tertullia-
nus ad Scapulam c. 4. Eusebius 5, 5. Ex pro-
fanis Dio in epitoma Xiphilini, Claudianus
vi. Conf. Honor. 342. Capitolinus c. 24.
Lampridius in Elagab. c. 9. Silent autem hæ
de Christianorum precibus, & plerique magi-
cis artibus rem insolentem imputant, quam
vere, ex ipsius Marci (de seipso lib. I. n. 6.)
ἀπιστικῶν siue negata his artibus fide, cla-
rissimum est.

c Gruterus Inscr. p. 547. 567. LEG. XII. FVL-
MINAT.

d Ita Apollinaris apud Euseb. c. I. & Xiphili-
nus. At Dio lib. 55. in Augusti legionibus

τὸ

vulgo putant, quanquam haud dubie probari videtur, ante hæc tempora id legioni cognomen fuisse. Hæresiarchæ eadem tempestate fuerunt *a* Valentinus, *b* Cerdon, *c* Marcion, qui præter alios enormes errores Christi humanam & nobis ὁμόστατον naturam oppugnantibus;

τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ ὑπερυνοφώρον (σφατόπεδον) legionem fulminiferam numeravit. An per anticipationem nominis? ita Xiphilino videtur: sed hoc refutat inscriptio ex Traiani æπο apud Grut. f. 193. n. 3. LEG. XII. FVLM.

a Valentini error inter multos præcipuus, Christum in substantia corporis nostri non fuisse, sed spirituale, nescio quod, corpus de cælo deferentem quasi aquam per fistulam, sic per Mariam virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem, vel mutantem. Tertullian. Præscript. adu. hæret. cap. 49.

b Cerdon duos deos introducit, unum bonum, & alterum seuum. Christum in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronunciat, idem c. l. c. 51.

c De Marcione. I. Tertullianus ait, hæresin Cerdonis approbare, nempe de alio Deo Christi patre, alio qui mundum condiderit, ut ex Iustino Martyre Apol. 2. Eusebius H. E. 4. 11. exponit.

ibant; præterea *a* Montanus & *b* Praxeas, cuius progenies fuerunt Patripassiani.

Nec id temporis felicior respublica, quam Ecclesia, fuit, siquidem Marcus optimus princeps, at infelix pater, mon-

s. II. Antonino optimo principi succedit pessimus filius, Commodus, pertinax & Didius Iulianus breue tempus imperantes. Seueri res gesta.

strum potius, quam successorem, dedit COMMODVM filium, videlicet iracundum, crudelem, voluptuosum, parasitorum seruum, aurigam magis & gladiatorem, quam Romanorum principem. Vnde in eum conspirationes, quas effugit aliquoties: at cum ferales codicilli, quibus nomina proscriptorum continebantur, e casu quodam proditi essent, ab iisdem, quos interfe-

F § cturus

a Hieronymus Epist. 54. *Montaniste, inquit, Trinitatem in vnus persone angustias cogunt, & --- putant scelerata coniugia iterata.*

b Tertullianus lib. extremo de Præser. hæc. Praxeas, inquit, Deum Patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit, hunc crucifixum passumque contendit.

c Herodianus l. I. c. 17. cuius sunt & cetera, quæ de Commodo, Pertinace, Iuliano leguntur.

cturus erat, oppressus, & principatus dignitas PERTINACI delata, sed a militibus disciplinam senis ægre ferentibus, post aliquot menses cum vita adempta fuit, & Didio IULIANO vendita, verum haud diutius possessa, quippe eodem anno a Septimo SEVERO, a Pannoniarum rectore, occupatur imperium, & senatus auctoritate Iulianus interficitur. Eodem tempore Pescennius NIGER in Syria, & Clodius ALBINVS in Gallia imperium adfectabant, sed vterque a Severo, ille quidem *b* gemino prælio, ad Cyzicum & Issum Ciliciæ; hic ad Lugdunum victus oppressusque fuit. *c* Parthos quoque & Arabes, quod Pescennio studuerant, bello eodem superavit. Aemulis sublatis, Christianos persecutus est, quæ

quin-

a Herodianus 2. c. 9.

b Herodianus lib. 3. cap. 2, 4. 7.

c Inde *Parthici* & *Brabici* cognomenta, in lapidibus & historiis.

a quinta eorum vexatio fuit, qua supplicium pro Christi honore Leonides, pater Origenis, passus est. Inter hæc in Britanniam proficiscitur imperator, in eaque *b* vallo xxxii. millium passuum maria coniungit, ut obicem ponat Caledoniorum, quos Scotos nunc vocamus, incursionibus, quod ante ipsum etiam *c* Adrianus & *d* Antoninus Pius moliti erant.

Floruerunt hoc *§. 12. Doctores ec-*
 sæculo, & scriptis *clesiæ seculo secundo*
 operam Ecclesiæ na- *florentes.*

uarunt *Iustinus* philosophus & *martyr,*
 apologia, quam Antonino Pio pro Christi-
 tianis exhibuit, admodum illustris: *e A-*
thenagoras, qui sub Marco principe idem

F 6

præ-

a Orosius 7, 17. *quintam*; Sulp. Severus 2, 32^o
sextam appellat, Adriani acerbitate, qua ini-
 tio imperii usus est, adnumerata.

b Spartianus murum vocat c. 18. vallum Eutro-
 pius 8, 10. Beda Hist. I. c. 5. operose contem-
 dit, vallum, non murum fuisse.

c Spartian. in Adriano c. 11.

d Capitolinus in Pio cap. 5.

e Iustinus & Tertullianus apologiis suis satis illu-
 stres: Athenagoras, his nihil cedens, latuit
 nec

præstitit; *Iernæus* Lugdunensis episcopus, *Clexiens* Alexandrinus; & vergente sæculo *Tertullianus*. Etiam interpretes scripturæ ad hoc tempus pertinent, *Aquila* Ponticus, *Theodotio* & *Symmachus*, omnes a iudaizantes, ecclesiæ tamen haut inutiles.

§. 12. *Caracalla* & *Geta* fratres una imperant, exinde solus *Caracalla* seuus & impatientis libidinis. *Macrinus* eiusque filius facti imperatores, quibus succedit *Elagabalus*, homo probrosissimus.

Tertium sæculum exortum erat Ecclesiæ, cum *Seuerus*, *Eboraci* in *Britannia* mortuus, imperium filiis *Basiano* **CARACALLAE** atque **GETAE**

reliquit, fraterna, quod sperabat, concordia

nec *Eusebio*, nec *Hieronimo* memoratus. Sic maiora quædam aut æqualia, quædam clariora, Vid. præfat. CL. *Rechenbergii*.

a *Hieronimus* præfat. in Iobum, quæ 113. epistola est, *Iudæus Aquila*, & *Symmachus* ac *Theodotio* iudaizantes heretici, multa mysteria *Saluatoris* subdola interpretatione celarunt, & tamen in *εὐαγγέλιῳ* habentur apud *Ecclesias*, & explanantur ab ecclesiasticis viris. Fuit autem *Aquila* non genere *Iudæus*, sed profelytus: *Symmachus* ac *Theodotio* *Ebionitæ*. *Hieron. Catal. Scr. Eccl. in Origene*, & *Semichri-*
Aiani

cordia administrandum. Tantum vero illius in fratrem odium erat, ut nulla ratione placari, nec prius conquiescere potuerit, quam immixtis in palatium percussoribus *a* obtruncaret. Sic solus rerum positus Antoninus Caracalla omnia superbius egit, & in amicos fratris crudelissime sauire cepit. Tandem eluso, expectatis filiae nuptiis, Parthorum rege, & pro genere hostis factus magnam stragem edidit securis barbaris & nihil mali metuentibus; quam cum ultum irent instructis copiis, pridem Caracalla a satellite ad Carras occisus erat. Successor MACRINVS, barbarorum impetum non sustinens, redditis captiuis & præda pacem redemit, & exacto in deliciis anno Chalcedone Bithyniæ, antequam Romam veniret, cum filio DIADUMENO, *b* imperii partici-

F 7

tici-

fiani, in *Habac.* 4. 13. De singulorum ætate videatur Vossius *Art. Gramm.* A. c. 31. Simon *Disp. Crit.* cap. 18.

a Herodianus 4. cap. 4. cuius etiam sunt, quæ de hoc principe sequuntur.

b Capitolinus in *Macrino* cap. 10. *Sciendum*, inquit

ticipe, a militibus trucidatus fuit. Milites tunc imperatorem legerant Antoninum a ELAGABALVM, sic a sacerdotio Solis, quo fungebatur in Phœnicia, cognominatum. Rumor enim erat, Caracallæ filium esse, occulto stupro ex consobrina genitum. Sed cum se probris omnibus contaminaret, & consobrinum ALEXANDRVM Mammææ, duodecim annorum puerum, ipse quatuordecim natus b adoptasset, in castris prætorii tricesimo regni mense oppressus est.

s. 14. *Alexander,* Alexander Seue-
bonus princeps, contra rus bonus princeps,
Persas pugnât. Maxi- Vlpiano iuris con-
mini res gestæ. sulto. vsus scrinii
 magistro, bellum Persicum' primus Ro-
 manorum, quanquam non felicissi-
 me

*inquit, quod casar fuisse dicatur, non augus-
 tus, Diadumenus puer, quem plerique pari
 fuisse cum patre imperio tradiderunt.*

a Vulgo Heliogabalus. De origine nominis ad Eutropium diximus. Herodiano 5. 3. *Ελαγάβαλος* est: in nummis ELAGABALVS. Spanh. p. 92. Vaillant. p. 128. T. 2.

b Per ridiculum (*γελοῖότατα*) senatus decreuit, quia adoptans est adoptato quasi pater.

me a gessit. Hoc enim tempore Artaxerxes Persa ab Artabano Parthorum rege defecerat, & orientis imperio ad Persas translato, antiquos regni fines ab Hellesponto vsque, ab Romanis repetebat. Nondum hoc profligato, nouum bellum a Germanis mouebatur illyricum inuadentibus, quibus cum obuiam factus Alexander pecunia potius pacem, quam armis & pugna pararet, ægre ferentes milites trucidant imperatorem, & summam rerum ad MAXIMUM, Thracem natione, & ex b opilio-
ne militem ac præfectum tironum, deferunt, qui bello contra Germanos gesto, postquam triennio regnauerat, a Pupieno Aquileiæ occisus fuit, talem exitum c Christianorum persecutione sexta promeritus.

Tres

a Aliter Eutropius & Rufus: a nobis autem stat Herodianus l. 6. c. 5.

b Herodian. 6. 8. ἐν πᾶσι τοῖς χρόνοις, in iuuentute pastor. Capitolinus in vita cap. 2. in prima pueritia fuit pastor.

c Propter christianam Alexandri, cui successerat, & Mammææ, matris illius, familiam Christianos persecutus. Oros. 7. 19.

s. 15. Duobus interfectis collegis, solum Gordianus imperat. Eius successor Philippus Arabs, christianis fauens, quos rursus vexat successor eius Decius. Sequuti sunt obscurissimi principes. Valerianus & Gallienus augusti.

Tres tunc simul augusti facti sunt, PVIPIENVS, BALBINVS & GORDIANVS, sed prioribus in palatio statim interfectis, soli GORDIANO imperium reseruatam est.

Hic Ianum Geminum *a* aperuit, Persis, qui moliebantur erumpere, bellum illaturus. Ex quo victor rediens apud Circesium, Euphrati imminens castellum, a PHILIPPO Arabe, qui post ipsum imperauit, interfectus est. Hic christianae causae cumprimis studens, quinque annis rempublicam rexit, millesimum vrbis annum ingenti ludorum apparatu celebrauit, & *b* Philippopolim Arabiae condidit; cum filio tandem quem *a* Casa-

a Aurelius Victor Marcum aedes Iani clausisse tradit, quas in Persas moturus apertas fecerit Alexander ritu maiorum Orosius 7, 19. id longius, ad Flavios nempe, reiecit.

b Patriam Bosra, ornamentis auctam, Philippopolim vocauit. Aurel. Victor & Zonar.

a Caesarem fecerat, ab exercitu *b* interem-
 ritus. Post hæc DECIVS, ab Illyrico exer-
 citu electus feralibus edictis contra Chri-
 stianos, editis in cello aduersus Gothos,
 qui tunc primum ex septentrione ruebant,
 misere *c* occubuit. Breui post tempo-
 re multi imperatores secuti sunt GAL-
 LVS, *d* HOSTILIANVS, VOLVSIANVS,
 AEMI-

a Principio caesar, deinde augustus dictus & con-
 fors imperii. Lapis Narbonensis: M. IVLIO.
 PHILIPPO. NOBILISSIMO. CAESA. PRIN-
 CIPI. IVENTVTIS. *Gruter. p. 272.* Nea-
 poli in tabula aenea IMP. M. IVLIO. PHI-
 LIPPO. FELICE. AVG. COS. DES. III. ET.
 IMP. M. IVLIO. PHILIPPO, PIO. FEL.
 AVG. COS. II. DES. COS. *Bellorius Vestig.*
Vet. Romæ p. 15.

b Senior Philippus Veronæ; Romæ iunior oc-
 ciscus *Eutrop. 19. 3.*

c Victor vetus c. 14. in solo barbarico, eurgite pa-
 ludis submersus est. *Zosimus. 23. ἐμπύρις τῆ
 πύλῳ διεθάρη; in luto defixus perit.*

d Obscuri imperatores, neque nominibus satis di-
 stincti. Vide notata ad Eutropium, qui prin-
 cipatum illorum sola pestilentia & morbis notum
 fuisse censet, l. 9. c. 5.

AEMILIANVS vix imperium degustantes: & his interfectis, Licinius VALERIANVS, a octavae persecutionis Christianorum auctor, graues poenas nefarii edicti luit, quippe in Mesopotamia a Persis captus, in ignobili seruitute b conseruit. Nec filius GALLIENVS de patre liberando cogitauit, sed ignauia permisit, vt Germani in Galliam, Hispaniam, & in Italia Rauennam vsque excurrerent, Gothi Thracias & Graeciam vastarent, Dacia, trans Danubium provincia, omnis amitteretur.

§. 16. Tyranni XXX. Actum fuisset de Romanorum dominatione, nisi c ODE-
imperium romanum in- ualentes. Successor Gal-
lieni Claudius. Quin- tillus imperator. Eius
successor Aurelianus. NATVS, Palmyrenorum princeps, & hoc

a Valeriani edicta contra Christianos, habes in Cypriani, qui sub hoc tyranno supplicium subiit, epist. 80. ad Successum.

b Hæc Eutropius §. 6. & Victor vetus: at Victor Schotti: *scæde laniatus interiit*; Cedrenus f. 212 *ὑπὸ Σαπῶρος ἐαυδρῆς ἐτελεύτησεν*, a Sapore excoriatu vitam finit. Sed hoc post mortem Laetantius de Mart. Persec. ponit.

c Vulgo Odenatus; vete: vt ex nummis liquet, Οδενά-

hoc occiso, vxor *a* ZENOBI^a, Aegyptia mulier, Persarum impetum retardassent: in Gallia vero *b* POSTVMVS nutantem occidentem stabilisset. Et hi sunt ex *c* xxx illis tyrannis, * qui Gallieno luxuriæ, popinis & libidinibus vacante, Romanum imperium, sed alii aliis locis, inuaserunt, & partim mutuis æmulationibus, partim ab Aureliano principe postmodum confecti sunt. Etenim Gallieno, Mediolanum post nouem annos occiso, CLAVDIVS a militibus surrogatus est, qui intra biennium, cum Gothos ad *d* Martianopolim; Moesiæ urbem, ingenti prælio vicisset, morbo interiit, cui frater

Odericus vid. illustr. Spanh. de Numism. p. 91.

a Filiorum nomine orientem tenebat Zenobia. *Vopisc. in Aurel. c. 22. & 38. & Treb. Pollio in Zenob. c. 30.* Horum maximus corrupta a Vopisco c. 38. integre in nummo IMP. VHABALLA-TVS AVG. appellatur. *Spanh. d. præf. p. 597.*

b POSTVMVS verum nomen ex nummis.

c Singulorum vitam scripsit Trebellius Pollio: etiam ignauiam Gallieni cap. 3. de hisdem tyrannis.

d Trebellius Pollio in Claudio, c. 9.

* *vid. Hübner. Amilian.*

140 DE REBVS SAECVLI

ter *a* QVINTILLVS, vir sanctus, successit, sed XVII. tantum dierum imperator. Igitur AVRELIANVS, Dacia Ripensi oriundus, fortis manu, adhuc *b* priuatus Sarmatarum & Francorum victor imperium suscepit, & Gothius fufis, ad pristinos illud fines produxit, de *c* Zenobia quoque, orientis domina, & TETRICO, Galliarum tyranno, triumphans. Solam Daciam ultra Danubium intermisit, Romanis colonis in *d* Mœsiam reuocatis, quam suam Daciam vocari voluit inter duas Mœsias mediam. Vtilis sic reipublicæ, at sæuus & formidabilis ecclesiæ, & nonæ *e* persecutionis auctor fuit, quæ res poenam ecclesiæ

a item cap. 12,

b Cum tribunus militaret, vicit apud Maguntiam cum Francos: & ante hos Sarmatas. *Vopisc. in Aurel. c. 6. 7.*

c Zenobiam gemino prælio superauerat, leuiore ad Antiochiam siue Inimas, grauiore ad Emesam. *Zosim. 1. 50. § 53.*

d Vopiscum cap. 39. Eutrop. 9. 9.

e Orosius. 7. 23.

clesiæ hostibus dignam acceleravit, vt ser-
ui fraude ad Thraciæ a Heracleam inter-
ficeretur.

Post TACITVM, s. 17. Tacitus & Flo-
rianus imperatores. Se-
qui b Mœotidas ex Asia depulit; & fra-
trem FLORIANVM, paucorum
mensium imperatores, PROBVS
Sirmiensis ad rem-

publicam accessit, & Gallia, Thracia, Asia
a barbarorum incursione libertatis, victis-
que BONOSO & PROCVLO anticæsaribus, c
vineas Gallos ac Pannonios habere per-
misit. Hunc interemit militaris tumultus
in d turri ferrata ad Sirmium, cum
quin-

- ^a Thraciæ Heraclea olim Perinthus dicta, inter
quam & Constantinopolim interemtus fuit
Aurelianus. *Vopisc. c. 35. Eutrop. 9. 9.*
- ^b Mæotidis paludis accolæ a Vopisco in Tac. c. 13.
Mæotidæ vocantur. Zosimus I. 63. hos Scy-
thas, transiecta Mæotide palude, per Pontum ad
vsque Ciliciam excucurrisse tradit.
- ^c lege Domitiani annonaria intermissas. *Suet. 7.*
- ^d Turris Ferratæ in hoc principe meminerunt Eu-
tropius, Victor vetus siue Epitome; Vopiscus,
qui cap. 21. *specula causa editissimam, exadi-
ficatam fuisse scribit,*

quinquennio regnasset omnibus imperatoribus, qui antecesserant, melior. Post eum CARVS, Narbonæ in Gallia natus, augustus creatur, & ex Sarmatico bello in Persas profectus, a Ctesiphonte ac Seleucia captis, ictu fulminis supra Tigridem, ut b fama est, conflagrauit. Reuersus e Perside victor exercitus, cum c NUMERIANVM infidiis Apri perdidisset, DIOCLETIANVM augustum appellat, qui victo ad Margum Mœsiæ CARINO, Cari filio, MAXIMIANVM HERCVLEVVM imperii socium siue cæsarem legit, quorum ille in oriente, hic in occidente

a Seleuciam & Ctesiphontem cepisse, tradunt Eutropius & Zonaras: *transgressum esse Ctesiphontem*, Aurel. Victor: *Ctesiphontem usque peruenisse*, Vopiscus in vita c. 8.

b Plures quidem fulmine interemptum dicunt: alii autem morbo. Certum est, ægrotum exspirasse inter fulmina & tonitrua, fataliter, an ex adflatu cœlestis ignis, dubitatur. Calpurnius, Cari ad memoriam dictator, in epistola ad præfectum urbis, *quantum*, inquit, *scire possumus, ægitudine constat absumtum*. Vopiscus c. 1.

c filium Cari, ex cæsare iam augustum. Eutrop. 9. 12. & Vopisc.

dente & ecclesias vastavit, quæ decima post Neronem persecutio numeratur. Tum temporis non optimæ res Romanorum erant, provinciis intestino motu laborantibus, quod in caussa fuit, vt MAXIMIANVS HERCVLEVS ex *b* cæsare augustus, CONSTANTINVS VERO MAXIMIANVS GALERIVS cæsares legerentur, e quibus Constantius Galliam

a Exstant inscriptiones de hac persecutione apud Gruterum p. 280. SUPERSTITIONE. CHRIST. VBIO. DELETA. & alio lapide: NOMINE CHRISTIANORVM. DELETO. QVI. REMP. EVERTEBANT. Adde Orosium. 7. 25.

b Probe in hac historia cæsares ab augustis distinguendi. Illorum tum potestas, tum ornamenta minora erant, quam augustorum. Vtebantur cæsares quidem purpura, sed sine auro, vt apparet ex epistola Commodi apud Capitolinum in Albino. c. 2. Carebant etiam diademate, vt notum ex Iuliani historia, & Zosimo 6. 13. n. 1. Potestatis circumscriptæ testes sunt eiusdem Iuliani apud Ammianum 20. cap. 23. 24. & Maximiani Galerii historia apud Eutrop. 9. 15. n. 7.

liam pacavit, *a* Alemannorum LX millibus caesis: Maximianus augustus bellum in Africa profligavit: Cæsar Maximianus *b* Persas vicit: Diocletianus Aegyptum in ordinem redegit, Britannis quoque ductu præfecti prætorio recuperatis. Post hæc vterque augustus imperio se abdicavit, & CONSTANTIVS atque GALERIVS augusti appellati.

si 18. Principes non Ecclesia hoc &
nulli christianis inimi- superiore sæculo
ci, alii iisdem fauen- multas vexationes
tes. tulit sub Traiano,

Antonino Philosopho, Seuero, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano: multos quoque principes vidit pios, modestos, & christianæ rei in primis studentes.

c Tertullianus enim Antonium Caracal-

a Eutropius 9. cap. 15.

b Galerius Maximianus cæsar victus a Persis: ob id a Diocletiano graviter acceptus, impetratis novis copiis, fudit Persas & castris exiit
Eutrop. c. 1.

c Tertullianus ad Scapulam cap. 4.

racallam lacte christiano educatum dicit,
 & Alexander Severus, a Lampridio teste, in
 larario suo & Christum & Abrahamum
 habuit, quod sine dubio a matre Mam-
 mæa hausit, Origenis in christiana fide b
 discipula, quam an vera professa fuerit,
 non liquido constat. Philippum vero A-
 rabem christianum fuisse, c multi veterum

G

rum

a Lampridius in Alex. c. 29.

b Mam mæam Origeni dedisse operam eiusque do-
 ctrinis vacasse auctores sunt Eusebius Hist. Eccl.
 6. 21. Hieronymus Catalog. in Origene : Oro-
 sius. 7. 18. Eusebius etiam Θεοσεβείατην
 vocat, Hieronymus religionum feminam.

c Hieronymus Catal. Script. Eccl. in Origene,
 Orosius 7. 20. Zonaras & Iornandes in hoc
 principe, Philippum vere christianum fuisse af-
 firmans. Nec ipse Eusebius Hist. Eccl. 6. 34.
 36. dissentit, quamuis lib. 4. de vita Const. c. 62.
 μόνον, ait, τῶν ἐξ αἰῶνος ἀυτακρατό-
 ρων Κωνσταντῖνος Χριστῶ μαρτυροῖς ἀνα-
 γενάμενον ἐτελεύτητο, solus Constantinus
 ex imperatoribus seculi martyrii Christi per-
 fecte venatus fuit. Digna Scaligeri verba ad
 Euseb.

146 DE REBUS SAECVLI.

rum affueverant, quamuis hoc alii de fauore in Christianos, quam fidei professione, malint intelligi, vt id honoris Constantino reseruarent.

§. 19. *Doctores ee-* His ergo regnan-
clesia, itemque here- tibus, mire incre-
tici seculi tertii. menta habuit chri-
stiana res, & ecclesiae operam commoda-
runt, initio quidem saeculi *Clemens* &
Tertullianus, licet hic inuidia & contume-
liis a Romani cleri commotus in Montani
castra transferit; & *Origenis* b *Biblicorum*
edi-

Euseb. n. 2260. quae huc adferantur. Nam, inquit, illi magni iniuriam sacro sancti Christi cultui faciunt, qui primi hunc latro- nem Araba, domini sui, imperatoris innocentissimi, & reipub. maxime necessarij interfectorem, idolorum cultorem, & ex cuius vita nihil tale colligi potest, Christianum ausi sunt dicere.

a Hieronym. de Script. Eccles. in Tertulliano.

b Origenis *Tetrapla*, praeter LXX. viralem complectebantur Aquilae, Symmachi & Theodotionis versiones. His additus Ebraeus textus, semel proprijs, iterum Graecis characteribus exaratus, notissima illa *Hexapla* constituebatur. Tandem *Oblapla* fiebant accessione duarum
edi-

editionibus, quæ Tetrapla, Hexapla, Octapla vocantur, illustrissimus: post hæc tempora *Gregorius* Neocæsariensis floruit, & *Cyprianus* Carthaginiensis episcopus, qui tanti fecit ciuem suum *Tertullianum*, vt a sine eius lectione nec diem præterminiserit. Vt fieri autem solet, nec hæreticis hæc tempora caruerunt, siquidem octaua & nona persecutione furente, *b Nouatus*, Catharorum pater, in ecclesia turbas dedit; & post eos *c Sabellius* &

G 2

&

editionum, quarum altera Hierichunte in dolo, altera Nicopoli ad Actium reperta fuit. *Euseb. Hist. Eccl. 6. 15. Hieronym. Catal. Script. Eccl. in Origene, 8. 2. adu. Rufinum c. 8. Epiphani. de Ponder. c. 19.*

a Hieron. Script. Eccl. in Tertulliano.

b Nouatus presbyter Cypriani fuit, quem secutus est Nouatianus, presbyter Romanæ ecclesiæ. Vterque nolebat apostatas suscipere pœnitentes. *Hieron. Catal. in Nouatiano.*

c Hieronym. epist. 54. ad Marcellam: *Sabellii dogma sectantes Trinitatem in vnus personæ angustias cogunt. Adde aduers. Luciferianos cap. 5.*

148 DE REBUS SAECVLI III.

Et a Paulus Samosatensis, Trinitatis hostes, persecutionibus vexatam ecclesiam intestinis quoque insidiis afflixerunt, quibus accessit b Manes infaustus auctor Manichæismi.

a Paulus hic, patria Samosatensis, Antiochenus episcopus fuit, ταπεινὰ καὶ χαμαικετῆ πρὸς τὴν Χριστὸν φρονήσας, ὡς καινῆ τὴν φύσιν ἀνθρώπου γενομένους, nimis abiecte ἔ humiliter de Christo sentiens, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset. Euseb. E. 7. 27.

b De origine & nefanda doctrina Manichæorum Socrates Hist. Eccl. lib. 1. c. 22. Gr.



HISTO-

HISTORIA
ANTIQA
IN
TABVLIS
SYNOPTICIS.

o-
m
ni-
a-

us
rs
rs
sfo
ni

um

o-



Monarchiæ primæ
Dispositio vulgaris.

NIMROD.

BELVS

NINVS

- En dissentium! Boxhornio Nimrod, Belus, Ninus tres distincti reges sunt: Io. Conr. Dieterico Nimrod & Belus idem, & Ninus filius illius: Io. Vorstio Not. ad Iustinum idem Nimrod & Ninus.

SEMIRAMIS Vidua Nini.

NINYAS filius Nini & Semiramidis,

xxxii aut plures successores obscuri.

SARDANAPALVS ab Arbace Medo
deiectus.

Diuisa monarchia Assyriorum.

Assyrii

PHVL
TIGLATHPILESAR
ASARHADDON,

Medi.

ARBACES

a quo deficit Merodach
Babyloniae praefectus,
& regni sedem ex Assy-
ria Babylonem trans-
fert,

obscuri inter-
medii.

Babylone regnantes

MERODACH

* *

NABOPOLASSAR,
NEBUCADNEZAR
EVILMERODACH
BELSAZAR
DARIVS *Medus.*

DEIOCES
PHRAORTES
CYAXARES
ASTYAGES.

CYRVS



Primæ monarchiæ
Dispositio Scaligeriana.

*Dynastia Chaldeorum in Baby-
lonia.*

I. EVECHOOS, qui Syncello Nimrod
est.

VI. successores obscuri.

Anni dominationis CCXXIII.

*Dynastia in Babylonia
Arabum.*

Sex numero reges, obscuri, nisi quod
nomina ab Africano prodita.

Anni dominationis CCXVI.

a ultimo rege ex Arabum fa-
milia debellato, Belus anno
XXVII. imperii sui Assyrio-
rum imperium cum Babylonia
coniunxit.

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia in oriente Assyriorum.

1 BELVS

2 NINVS

3 SEMIRAMIS

4 NINYASZAMES

obscuri

9 . . . Abraham nascitur,

obscuri

22 . . . Moses nascitur,

25 . . . Exodus Ebraorum,

33 . . . Troia capta.

37 . . . Templum Salomonis
conditum.41 TONOSCONCOLEROS, Græcis,
SARDANAPALVS.Anni a Belo ad Sardanapali finem
1484. ab Enochoo 1952.

G 5

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia Medorum & Babyloniorum.
Medi *Babylonii.*

- | | |
|-------------------------------------------------------|---------------------------------|
| 1 ARBACES, Sar-
danapali victor. | |
| 2 Mandauces f. | |
| 3 Sofarmus, <i>Initi-
um Olympiadum.</i> | |
| 4 Artycas | I NABONASSAR |
| 5 Arbianes | deficit a Medis |
| 6 DEIOCES Hero-
doti, Arsæos Cte-
fix 40. ann. | 5 MARDOKEM-
PADVS. |
| 7 PHRAORTES,
Artynes, 22. a. | II IERAEDIN |
| 8 CYAXARES
40. ann. | 12 SAOSDVCINVS |
| | 14 NABOPOLASSAR |
| | 15 NEBVCADNE-
ZAR |
| 9 ASTYAGES,
al. Apandas,
40. an. regna-
uit. | 16 EVILMERODACH |
| | 17 Neregasolarus |
| | 18 NABONIDVS, Da-
rius Medus |

CYRVS

Dispositio Scaligeriana.

Dynastia Assyriorum post Sardana-
palum.

Medi

Assyrii

I Arbaces

* *

PHVL

TIGLATPILESAR

IAREB

4 Artycas, *Babyl.*

SARGON

NABONAS-

SALMANASSAR

SAR

SENNACHERIB

5 Phraortes

ASARHADDON

* *

Hactenus seriem regum Assyriae,
Babyloniae & Mediae ex summi
viri Iosephi Scaligeri iudicio: quae
sequitur dispositio, Iacobi Vsserii
est, viri illustris & Armachani Ar-
chiepiscopi.

Regum Orientis

Ann. mundi.

1770 *	NIMROD	
2090	AMRAPHEL, & KEDORLAOMAR]	<i>Abraham.</i>
2242	CVOCHOVS, Be- lus Babylon.	<i>Isaac.</i>
2466	Arabes succedunt.	
2682	BELVS Assyrius	<i>Moses.</i>
2737	NINVS	<i>Debora.</i>
2789	SEMIRAMIS	<i>Gideon.</i>
2840	NINYAS fil. post multos obscuros,	<i>Iephta, Tro- ia, captus Samson.</i>
	PHVL 2. Reg. 15. 19.	
	SARDANAPA- LVS fil.	<i>Achas nascitur rex Iud.</i>

* A condito rerum ad diluuium absoluti sunt an-
ni 1656. vt ex vitis patriarcharum constat:
diluuium incidit in A. M. 1657.

Dispositio Vsseriana.

<i>Medi</i>	<i>Assyr.</i>	<i>Babylon.</i>
ABRACES.	NINVS iunior, BALADAN f. sive Tiglat- pilesar.	Nabonaf- sar.
<i>αυτονομος</i>	Salmanassar.	MERODACH f. Mardokem- padus.
	Sennacherib.	

Escherhaddon f. Assa-
radinus iungit Assyr.
& Bab.

PHRAORTES Saosduchinus, Nebu-
cadnezar Iudithæ.

CYAXARES
ASTYAGES Saracus,
Cyri auus,
NABOPOLASSAR
NEBVCADNEZAR
EVILMERODACH
Neriglifforus

CYAXARES Laborosoardochus
Cyri auun-
culus, Dari-
us Medus.
Nabonedus f. BELSA-
ZAR
Cyaxares, Darius Med.

CYRVS.



Reges Orientis

dispositore Chr. Schotano.

NIMROD

* *

NINVS Assyriae, id est Asiae superioris rex

SEMIRAMIS. *Troia capta.*

Ignoti intermedii, nisi Ctesiae fidem habeamus.

* * *

PHVL *fines propagat ultra Euphratem.*

TIGLATPILESAR

Sargon *Azotum expugnat.* Esa. 20.SALMANASSAR *Samariam capit.*SENNACHERIB *oppugnat Hierosol.*ASARHADDON siue SARDANAPALVS,
a quo deficiunt Medi

NINVS iunior.

ASANAPPER Esr. 4. 10. *qui videtur**Nebucadnezar Libri Iudith esse.*

Sub hoc tempus Cyaxares Ninum evertit.

Schotanus in primis vrget, assyrium imperium semel euersum non conuulsisse. Ergo reges quos Script. sacra memorat etiam Nabonassarem, ante defectionem Medorum floruisse, probabile putate

Medi & Babylonii reges

ordinante Schotano.

	<i>Medi</i>	<i>Babylon.</i>
Afaraddon. Assyr.	ARBACES <i>a</i> libertas DEIOCES	MARDOKE M- PADVS * *
		SEMIRAMIS. Babylonia.
		ASSARADI- NVS
		SAOSDVCHIE- VS
	PHRAOR- TES	NABOPO- LASSAR
	CYAXA- RES	NEVCAD- NEZAR
		ceteri noti.
	ASTYAGES Cyrus annis.	

a Libertas siue *αυτονομία*, ab Herodoto tradita, non *ἐπὶ πολλὰς γενεάς* per multas generationes propagata fuit, ut adfingit Herodoto Diodorus 2. c. 32. vide Herodoti verba p. 9. allegata, sed propius ab Arbace Deiocem abfuisse, ex collatione constat. De certis huius ordinis & dispositionis eiusdemque fundamentis prædiximus p. IO. II. seq.

Reges Iudæ & Israelis

SAVL cum Samuele 40.

ann. Act. 13. 21.

DAVID 40 an.

SALOMO 40 ann.

Iudæ.

REHABEAM 17

ABIIAM 3

ASA 41

*repurgat sa-
cra, vincit
Æthiopas.**Israelis.*

IEROBEAM 22

*in idololatriæ**auctor.*

NADAB 2

PAHASA 24

ELA 2

ZIMRI dies 7

AMRI & TIBNI 3

AMRI solus 12

ACHAB 22

IOSAPHAT 25

*iustus & pius,**Elias,*

Reges Iudæ.

IORAM 8

ACHASIA 1

ATHALIA
*vidua 6.*IOAS *pius 40.*

AMAZIA 29

*interregn.*ASARIA 52.
*leprofus.**Reges Israel.*

ACHASIA 2

IORAM 12

IEHV 28

IEHOACHAZ 17

IOAS 16

Amazia victor.

IEROBEAM II. 41.

interregn.

ZACHARIAS

mens. 6.

SCHALLVM

mens. 1.

MENACHEM

*ann. 10.**tributarius Assy.*

Juda.

IOTHAM 16.
 ACHAZ *cum pa-*
tre 7
 ACHAZ *solus* 8

Tiglatpilefari
socius

HISKIAS 27
pietate cla-
rus.

MANASSES 55
Babylonem capti-
uus abducitur,
& post pœni-
tentiam regno
redditur.

Israel.

PHVL.
 PEKACHIA 2
 PEKAH 20

pars populi Ti-
glatpilef. de-
portatur.

HOSEAS 9

Decem tribus in
Assyriam depor-
tata.

Reges Iudæ

AMMON 2. ann.

IOSIAS 31. purioris religionis assertor.

IOHAS mens. 3. a Nechone victus.

IOIAKIM ann. 11. a Nechone Aegyptio constitutus: a Nebucadnezare captus & catenis vincetus.

* IOIACHIN post 3. menses deportatus Babyloniæ.

ZEDEKIAS ann. 11.

Ierosolyma capta.

EXILIVM BABYLONICVM

* Iehoiachin, Iehoiakin, Ioiakim, Iechóniæ & Chauia (Ierem. 22, 24.) idem est, Ebr. יהויכין, Græcè Iexoyias & Ιωακείμ.

APPENDIX DE EXILIO ISRAELIS
ET IVDÆ.*Exilium Israelis Assyria-
cum.*

Gemina deportatio Israelitarum:

- I. TIGLATPILESAR, ab Achazo contra PEKAM imploratus, Peræam & Galilæam desolatam fecit, abductis in Assyriam populis. 2. Reg. 15. 29.
- II. Pekæ successorem HOSEAM, vltimum Israelitarum regem, SALMANASSAR, rex Assyriorum, in vincula duxit, cum nouem annos imperasset, & delata Samaria, quidquid reliquum erat decem tribuum, in Median & ad Caspium mare transtulit. 2. Reg. 17. 4. 5. 6.

Capti

Captiuitas Iudeorum.

Quatuor captiuitates Iudaicæ, quibus abducti sunt reges Iudæ a Babyloniis.

I. MANASSES, a militibus, vt putatur, Assaradini captus (*vid. notata p. 6.*) Abductus Babylonem, sed post paullo restitutus fuit patriæ. 2. Paral. 33. II. Nam breuem fuisse captiuitatem, ex eo colligitur, quod nulla eius habita ratione LV. integris annis regnasse dicitur Hierosolymis. 2. Reg. 21, 1. & 2. Paral. 33. 1. Add. *Vffer. p. 108.*

II. IOIAKIMI captiuitas etiam partem nobilitatis Iudaicæ Babylonem misit, in quibus Daniel fuit, *cap. 1, 1.* De rege lis est, quia dicitur catenis vinctus a Nebucadnezare, 2. Paral. 36. 6. & tamen cum patribus obdormiuisse, 2. Reg. 24. 6. sed caruisse sepultura *Ierem. 22. 19.* Hac difficultate pressus Aben Esra in Daniel. I. I. הוֹצֵאתִי לְחַרְשׁ *coactus sum*, inquit, *ita interpretari*, nempe הוֹלֵכוֹ אֶל בְּכַל וְעָמַד בְּכַחוּשְׁתִּים כְּמוֹ שָׁנָם וְצִיָּה

יצוה נבו כדנצו ושביוויקום למל כיתו
abduxit eum Babylona, ubi in vincu-
lis circiter annum vnum fuit, deinde
Nebucadnezaris iussu in regnum resti-
tutus. Verum quod de anno hoc ni-
 hil in scripturis sacris est, Ludou. Ca-
 pellus (Chronol. S. p. 200.) ita con-
 ciliare maualt, Nebucadnezarem ce-
 pisse Ioiakimum, in vincula coniecisse
 abducendum Babylona, sed mox for-
 te morbo vel alio casu oppressum, in-
 dignum iudicasse sepultura, ac cadauer
 eius insepultum proiecisse extra Hiero-
 solymorum mœnia secundum prophe-
 tiam Ieremix. Summa, *vinctus* di-
 citur, vt abduceretur? nusquam *ab-*
ductus.

III. IOIACHIN, qui & Iechonias di-
 citur, ab Nebucadnezare inpositus,
 post trimestre imperium ab eodẽm
 deiectus, & in carcerem Babyloni-
 um abductus est, ubi longo tem-
 pore ad vsque Euilmerodaci impe-
 rium detentus fuit. 2. Reg. 24. 12. &
 2. Paral.

2. *Paral.* 36. 10. Cum rege in exilium
selectissima pars plebis & magnatum mi-
gravit.


IV. ZEDEKIAS cum reliqua turba
translatus est, anno XIX Nebucadneza-
ris. Tum funditus eversa sunt Hiero-
solyma. 2. *Reg.* 25. 7. 11. Hæc ideo
definite & distincte disputantur, ut ini-
tium & terminus LXX annorum capti-
vitatibus *Jerem.* 29. 10. accurate possit
constitui. Nempe ex sententia claris-
simorum chronologorum initium su-
mendum est a secunda deportatione, ul-
timo Ioiakimi anno, siue ineunte regno
Iechoniæ: & producitur ad primum
annum Cyri, non quo in Perside aut
Media regnare cœpit, seu quo Babylo-
nem ditioni suæ subiecit, aut totius ori-
entis monarchia potitus est. Vid. Lud.
Capell. S. p. 220. Vsser. *Annal.* V. I.
p. 120. 146. Scalig. de *Emend. Temp.*
lib. IV. pag. 339.

Aegy.

Aegypti reges antiqui.

Antiquitus Aegyptus vniuersa vnius imperio non suberat, sed in varias dynastias diuisa. Memphitarum, Diospolitaram, Thinitarum, Saitarum, Tanitarum, Heracleopolitarum, quorum ex Manethone, Africano & Eusebio Græcus monachus Georg. Syncellus nomina serauit. Multa in his fabulosa, pleraque incerta, fidei (sed quam dignæ?) sacerdotum Aegyptiorum superstructa, quippe ante Psammetichi imperium & Græcorum cum Aegyptiis commercia dubiæ res Aegyptiorum erant, fatente Herodoto *lib. 2. c. 154.*

PHARAO NES priscos reges cognominatos esse, ex patriarcharum historiis nouissimum, quæ vox κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει *Aegyptius a REGEM sonat*, Iosepho auctore 8. Antiqu. 2. qui

a Bochartus in Phal. l. I. c. 26, extr. improbat Iosephi deriuationem, quæ tautologiam inducat creberrimis Scripturæ S. verbis *Rex Pharaos: manu explicare ex*  *crocodilus.*

AEGYPTII REGES ANTIQ. 169

qui ibidem non ultra Salomonis socerum hoc nomen memorari tradit, oblitus forsan Pharaonis Necho 2. *Reg.* 23. 29. & *Haphra Ierem.* 44. 30. Hos autem solos excepimus, quorum in antiqua historia illustrem mentionem fieri, obseruamus.

OSIRIDIS & ISIDIS nomina in fabulis relinquimus.

BVSIRIS, tyrannus, ex Isocratis laudatione celebris. Duos Busirides Diodorus habet, & minori Thebarum conditum siue Diospoleos vindicat. Eratosthenes apud Strabonem l. 17. p. 552. ἔδὲ βασιλέως μὰ Δία, ἔδὲ τυράννης γενομένης τινὸς τῆ βουσίριδος. *medius fidius neque rex fuit Busiris, neque tyrannus.* Tam certæ sunt antiquitates Aegyptiæ.

VEXOREM Trogius Iustini suo Nino (quam antiquo, supra vidimus) antiquiorem fecit SESOSTREM plerique interpretantur, cui eadem Diodorus & Herodotus tribuunt, quæ Trogius Vexori. Quis vero crediderit. Aegyptium rudi illa tempestate

H &

& Pontum & Thraciam & Indiam ultra Gangem subegisse? Hæc tamen Diodorus 1. c. 55. prodidit, moderatius Herodotus 2. c. 102. seq. Marshamo Sefostris Asiæ victor est Sefac. 1. Reg. 14. 25.

OSIMANDVAS quoque haud prætereundus, cuius tum alia monumenta laudantur, tum maxime bibliotheca, cum epigraphe ΨΥΧΗΣ ΙΑΤΡΕΙΟΝ. *Diod. Sic. 1. 49.* Sed & hic a Marshamo in sæculum Israeliticorum regum reducitur, eique idem est, qui Memnon; Amnophis, Ismandes. Ad eos ergo properamus, quibus certior ætas ex diuinis litteris constitui potest.

AMOSIS temporibus Mosis floruit: nascentis, an educentis populum, non certissimum. Quidam apud Syncellum p. 121. patrem THERMVTHIDIS, quæ Mosen educauit (*Ioseph. 1. A. I. 5.*) alii fratrem credunt, & sub antecessore eius Mosen natum; cum quibus ipse Syncellus facit. Eusebio Chron. natus Moses sub MENOPHI; Scaligero sub AMVTHARTÆO. Ve-
ro

rosimilius, est Amosis acerbis imperio
 libertas Dei auspiciis, Mosis ductu,
 Israelitas. Ptolemæus Mendesium κατὰ
 Ἀμοσίου Φησιν, Αἰγύπτου βασιλέως Μου-
 σέως ἠγασμένως γεγονέναι Ἰουδαίους τὴν ἐξ
 Αἰγύπτου πορείαν temporibus Amosis,
 ait, Aegyptii, regis, duce Mose, Iudeos
 exiisse ex Aegypto, citante Eusebio IO.
 Præp. Euang. c. II. & Apion Gramma-
 ticus apud Syncell. p. 149. Ἀμώσιως
 Αἰγύπτου βασιλεύοντος, ἀποσηῆναι Ἰουδαίους,
 ab Amosi Aegypti rege Iudeos defecisse.
 Præter ergo hunc regem Iosephus I. adu.
 Apion. Tethmosin vocat.

Pyramidum etiam conditores in hæc
 tempora referuntur. Iosephus 2. A. I. c. 5.
 πυραμίδας ἀνοικοδομῶντες ἐξέτερον
 ἡμῶν τὸ γένος, pyramidum substructioni-
 bus vexabant gentem nostram. Has mo-
 les propter situm & regionem Marshamus
 in Canone p. 84. Memphitis regibus tri-
 buit, qui cum antiquissimis deserunt esse.
 Alii ad Salomonis tempora pyramidum
 structuram proferunt.

Etenim CHEMBES, qui maxi-
 mam

nam pyramidum extruxit, mille annis, aut plus paullo, Diodorum, sub Augusto scribentem, antecessit *lib. 1. c. 63.* eiusque frater vel filius CHEBRES conditor alterius pyramidis, videtur focer Salomonis esse. VAPHRES alius, cuius literas ad Salomonem exhibet ex Eupolemo Eusebius 6. *Præp. Evang. c. 32.*

SISACVS extremis temporibus Salomonis, 2. *Reg. 11. 40.* eoque mortuo Hierosolymitarum direptor *cap. 14. 25.* Videtur Sefochis Manethonis esse, Herodoti ASYCHIS; Marshamo nobilis SESOSTRIS.

BOCCHORIS Diodori, ANYSIS Herodoti, exutus regno a SABACO Aethiope, in sacris litteris SOO 2. *Reg. 17. 4.* cui in Aethiopiæ regno THIPHAKA successit, ex Hiskia historia notus monarchia; in Aegypto autem

SETHON, victor Senacheribi Assyrii, *Herod. 2. 141.* Vulcani sacerdos, Scuechus Africano.

PSAMMETICHVS commercia cum Græcis instituit *Herodot. 2. 152.*
Diod.

Diod. Sic. 1. 66. tota Aegypto, oppressis
ceteris regibus, potitur. *Diod. c. 1.*

NECOS, Psammetichi filius, NECHO in
sacris, Iudæorum oppressor 2. *Reg. 23. 33.*
a Nebucadnezare victus, *Jerem. 46, 2.*

Post PSAMMIN filium, sex annorum re-
gem successit.

APRIES, in sacris HOPHRA *Jerem. 40.*
30. vel חפרא Haprea, vid. Scal. ad Eu-
feb. p. 82.

AMASIS, Aprie per tumultum deie-
cto, *Herod. 2. 169. Diod. Sic. 1. cap. 68.*
mortuus post diuturnum imperium (17.
annorum *Diod. Sic. cl. XLIX. Herod. 3. 10*)
cum Cambyse Aegyptum bello adortus
esset.

PSAMMENITVS, filius Amasis, a
Cambyse victus & interfectus. *Herod. 3. c.*
10. 15.

Ab hac victoria, & sub Dario, Persis
parebant Aegyptii: rebellantes ultimo
Darii Hystaspis anno, *Herodot. 7. 4.* Xer-
xes, recens rex, in ordinem redegit, im-
posito præfecto.

ACHAEMENE, fratre suo, Darii filio,
quem

H 3

INA-

INAROS, Libyæ rex, interfecit *Herod.*
7. 7. ipse postea ab Artaxerxe in crucem
actus. *Thucyd.* 1. p. 72.

AMYRTAEVS, qui Inaro sublato, &
eiectis ex Aegypto Atheniensibus, ἐν τοῖς
ἀλασι, in palustribus regnabat, locis Persa-
rum militi inaccessis. *Thucyd.* c. 1.

Filii tamen horum, Inari THANNYRA,
Amyrtæi PAVSIRIS principatum paternum a
Persis impetrarunt, stipendiarij reguli, vel
præfetti. *Herod.* 3. 15.

Gravis secuta est defectio, quam Mne-
mon Artaxerxes sanare penitus non pot-
uit, quamvis Iphicrate vteretur Atheniensi.
Ea tempestate

NEPHREVS a Lacedæmoniis con-
tra Artaxerxem Mnemonem ad societatem
vocatus. *Diod. Sicul.* 14. 80. Justinus
vocat 6. 2. *Hercynionem*, Eusebius Chron.
Mepheritem

ACORIS Aegyptiorum res contra Persas
tuebatur, vsus Chabria Atheniensi, *Diodor.*
15. c. 29. cui post breuem aliquorum do-
minationem successit

NECTANEVIS *Diodor.* 15. c. 42. sed
aliis suspectus.

TACHOS, *a* Thacus, Teos vel Tao^s quibusdam, cui Agesilaus cum mercenario milite opem tulit: qui vero *b* offensus a rege defecit ad *c* patruelem eius.

NECTANEBIN, eumque non minus contra *d* intestinos hostes, quam contra Persas defendit, *Plut. & Nep. in Ages.* Hunc tandem Ochus rex Persarum debellauit, & satrapam imposuit Aegypto, quo in statu mansit, ad imperium vsque Macedonicum. *Diodor. 16. c. 52.*

Hæc longius, quam pro "instituto Tabularum, deduximus, quia in obsecuris rebus ac dubiis locus non est

H 4 bre-

a Ταχὸς Diodoro, Plutarcho & Achenao: iⁿ Nepote litera *b* transposita: Teos Africano, Taos Aristoteli 2. *Oecon.*

b irrisus, ob corporis breuitatem. *Albenans 140 cap. 1.*

c Filium vocat Diodorus 15. cap. 92. ἀνεψιὸν patruelem Plutarchus p. 617.

d contra nouum regem inter turbas ab Aegyptiis creatum, ἐκ Μένιδτος Mendesium patria. *Plutarch. cit. loc. Adde Vsser. Chron. H. T. p. 269.*

breuitati. Breuiores autem iusto fuimus
 si quis numerum dynastiarum ineat, e qui-
 bus antiquissimas tantummodo, quæ non
 sola temporis successione, sed regionum
 etiam partitione distinguebatur, p. 166.
 nominasse sufficiant. Vid. Cl. Marsham.
Seculo I.

Regnum Lydorum.

INitium huius regni secundum Eusebium
 biennio Olympiadem primam anteces-
 sit: sed longe antiquius est Heraclidarum
 in illa Asiæ parte imperium, e quibus Eu-
 sebius tantummodo iv postremos nume-
 rauit, forsitan quod priorum nomina igno-
 ta erant. *Scal. Isag. pag. 153. Marsh. p.*
534. Sunt autem, quos Eusebius nomi-
 nauit,

ARDYSVS regnans xxxvi annos, tem-
 poribus prophetarum, Hoseæ, Amos, Ioel.
Euseb.

ALYATTES an. xiiii. *Euseb.*

ME^o

MELES, primus Sardibus vtens regni, fede & metropoli. *Herod. 1. 84.* regnauit ann. xii. *Euseb.*

CANDAVLES, vxoris pulchritudinem infeliciter euulgans, *Herod. 1. 7. Iustin. 1. 7.* ann. xvii.

GYGES oppressor Candaulis, ann. xxxvi. *Herod. 1. 12. Iustin. c. 1.*

ARDYS, filius Gygis, Prienes expugnatore, ann. xxxvii. *Herod. 1. 15. Euf.*

SADYATTES, filius Ardys, ann. xii. *Herod. 1. 16. vel. xv. Euseb.*

ALYATTES II. contra Cyaxarem Medum bella gerit. *Herodot. c. 1. ann. XLIX,*

CROESVS filius Alyattis, annos xiv. regnauerat, cum a Cyro a acie victus regno exueretur *Herod. c. 86.*

^a Ex primo praelio, in regione Pteria ad Stho-
pem commisso, a quo Marte discessum: altero
in campis Sardianicis victi Lydi, & intra
mœnia compulsi, obsessi, capti, *Herod. 1. 60.*
76. 80.

Monarchia Persarum

CYRVS, Cræsi victor, Iudæorum liberator
a Scythis oppressus. *Herodot. 1. Justin.*
1. 7. 8. annos xxx.

CAMBYSES Aegyptum subegit. ann.
viii.

* Magorum vel **SMERDIS** regnum
septem mensibus interuenit.

DARIVS Hystaspis filius, Iudæis fauet,
Europæos Scythas bello inuadit, a
Miltiade vincitur Annos xxxvi re-
gnauit.

XERXES cum numeroso exercitu ex Græ-
cia fugatus. R. ann. xx.

ARTABANVS, percussor Xerxis, post septem
menses ab Artaxerxe perimitur *Diod. 11.*
c. 69. Iust. 3. 1.

ARTAXERXES Μακρόχαιρ Longima-
nus, Xerxis filius, Esræ & Nehemiæ
instaurationem Hierosolymorum per-
mittit. *Vid. p. 19.*) Regnauit annos
xl.

XERXES menses ii } *Diodor. 12. c. 64.*
SOGDIANVS mens. vii } & 17.

DA-

DARIVS *Notbus*, Peloponnesii belli tempore: annos XIX. regnavit: amisit Aegyptum rebellione, *Syncell. p. 255.* Ab huius anno secundo Scaliger & alii LXX. hebdomadas inchoant: Capellus ex septimo patris Artaxerxis.

ARTAXERXES *Mnemon*, victor Cyri, fratris æmuli: contra Ægyptios rebelles varie pugnat: regnat annos * XL. *Xenoph. ἀναβάσ. Diod. 15.*

* Euseb. & Syncell. XL. annos Mnemoni tribuunt: XLIII. Diodorus l. 13. c. 108. & l. 15. c. 93.

ARTAXERXES *Ochus*, filius Artaxerxis Mnemonis, crudelis *Iustin. 10. 3.* Aegypti recuperator, *Diod. 16.* Rex XXVI. annorum.

ARSES, Ochi filius, ab eunuchio Bagoa in thronum euectus & deturbatus ann IV.

DARIVS *Codomannus*, annorum VIII. rex: ab Alexandro victus & exutus regno.

* Stetit persarum regnum annis CCCXXI. *Scalig.*

Bella Græciæ liberæ

externa.

1 Argonauticum, *Diodor.* 4. c. 41. seq.2 Troianum, *Hom. Virg.*

3 Persicum

I. cum DARIO Hystaspis. *Nepos*
Milt. Iustin. 2. 9.II. cum XERXE, præliis factis
ad Thermopylas *Iust.* 2. 11.
Artemisium, *Nep. Themist.* 3.
Salamina *idem.*Plataeas, *idem in Paus.*Mycalen, *Diod.* 11. c. 34.Cyprum, *idem c.* 60.Eutymedontem fl. *idem c.* 60.III. cum ARTAXERXE Mnemonea,
Spartanis gestum *Nep. in Ages.*
Iust. 6. Vicit pro Persis Conon
ad Cnidum *Nep. c.* 4. n. 4. *Diod.*
14. c. 84.4 Sociale Atheniensium *Nep. Chabr.* 4.
Diod. 16. c. 21.* Mittimus obscuriora, e. g. cum Thracibus
Edonis propter Amphipolin. *Nep. in Cim.* c.
2. *Thucyd.* 1. p. 66. & aliud, *Nep. in Iphicr.*
c. 2.

Bella Græciæ liberæ

civilia.

- 1 Pelopponnesiacum, scriptore *Thucydide*, & *Iustino* lib. 3. 4. & 5.
- 2 Corcyraum, *Nep. Themist.* c. 2. non satis explicabile. vid. *Bœcl.*
- 3 cum Aegyneticis, *Diodor.* 11. c. 78. *Civ.* 3. *Off.* c. 11.
- 4 Megarense cum Atheniensibus, *Iustino* 2. c. 7.
- 5 Messeniun } I. triplex cum Lacedæm. *Iust.*
3. c. 4. & 5.
II. cum Argiuis, *idem* 32. c. 1.
- Coroneam, *Nep. Ages.* & *Diod.* 14. 85.
- Thebas, *Nep. Chab.* 1. *Diod.* 15. c. 32.
- 6 Thebanum } pugna ad Naxum, *Diod.* 15. c. 34.
Leuctra, *idem* c. 55.
Mantineam, *Nep. Epam.*
- 7 Corinthium, *Nep. Iphicr.* 2. & in *Ages.* 5.
- 8 Phocense } I. *Diodor.* 11. c. 79.
II. siue sacrum. *Iust.* 8.

H 7

Pro-

Prœlia belli Peloponnesiaci
graviora.

- | | | |
|--|---|------------------------------------------------------|
| | { | Naupactum, <i>Tbuc.</i> 2. p. 157. |
| | | <i>Iust.</i> 3. 7. |
| | { | Argos Amphiloeh. <i>Tbucyd.</i> |
| | | p. 246. |
| | { | Athen. ad } Abydum, <i>idem</i> 8. ext. <i>Diod.</i> |
| | | 13. c. 39. |
| | | Abydum iterum, <i>Diod.</i> c. 45. |
| | | <i>Nep. Alcib.</i> 5. |
| | { | Cyzinum, <i>Diod.</i> c. 50. |
| | { | Arginusas, <i>idem</i> c. 98. |
| | | ad Amphipolin, <i>Tbuc.</i> 5. p. |
| | | 350. |
| | | In Sicilia cum Syracus, <i>Iust.</i> 4. |
| | | c. 4. & 5. |
| | | ad Oropum f. Eretriam, <i>Tbucyd.</i> |
| | | 8. p. 613. <i>Diod.</i> 13. |
| | | c. 34. |
| | { | Spartani } ad Notium, <i>Diodor.</i> c. |
| | | 71. |
| | | ad Mitylenas, <i>Diod.</i> c. 77. |
| | | <i>Iust.</i> 5. 6. |
| | | ad Ægos flumen, <i>Diod.</i> c. |
| | | 105. <i>Nep. Alcib.</i> 8. |

Vicinia.

Græcia subiugata

Sub iugum miserunt

- I Philippus A } infidiis in bello Sacro;
 myntæ } *Iust.* 8.
 } euerfa Olyntho, *Iust.*
 } 8. 3
 } proelio ad Charoneam,
 } *Iust.* 9. 3.
- 2 Alexander M. euerfis Thebis, *Iust.* II.
 3. & 4.
- 3 Antipater bello { Spartano *Curt.* 6. 1.
 } Lamiaco *Diod.* 17. c.
 } III. & 18. c. 8.
- 4 Cassander, *Iust.* 14. 5, 5.
- 5 Antigonus Gonatas, *Iust.* 26. 2.
- 6 Antigonus Dofon, *Iust.* 28. 4.
- 7 Philippus Macedo vltimus, *Flor.* 2. 7.
 n. 4.
- 8 Romani { Aetolis victis *Flor.* 2. 9.
 } deleta Corinth. *Flor.* 2. 16.
 Tunc Achaia in pro-
 vincia formam reda-
 cta, *S. Ruf.* c. 7.

Mace-

Macedoniæ Reges post mortem
Alexandri M.

- 1 PHILIPPVS ARIDAEVS sub tutore
Antipatro *Iust.* 13. 4. *Diod.* 18. 2.
 - 2 CASSANDER, Antipatri filius, sæuus
in Alexandri familiam, *Iust.* 15. 2.
 - 3 DEMETRIVS Poliorcetes inuadit reg-
num & amittit, *Iust.* 16. 2.
 - 4 PYRRHVVS *Epirota* *Iust.* 16. 2.
 - 5 LYSIMACHVS Thraciæ rex eiecto Pyr-
rho, *Iust.* 16. 3.
 - 6 SELEVCVS rex Syriæ, *Iust.* 18. 2. 4.
 - 7 PTOLEMAEVS *Ceraunus*, *Iust. ibid.*
- * aliquot dierum Reges intercessere.
- 8 ANTIGONVS *Gonatas*, Poliorcetæ fil.
Iustin. 26. 1. ann. 44.
 - 9 DEMETRIVS *Gonatæ* fil. *Iust.* 26. 2-
11. & 28. 1. 1.
 - 10 ANTIGONVS *Dofon*, tutor pupilli Phi-
lippi, *Iust.* 28. 3.
 - 11 PHILIPPVS, victus a Roman. *Flor.*
2. 7.
 - 12 PERSES, Philippi fil. in triumpho du-
ctus, *Flor.* 2. 12.
 - 13 PSEVDOPHILIPPVS, *Flor.* 2. 14. *Vell.*
1. 11. Fit prouincia Romana.

Pto-

Ptolemæi siue Lagidæ.

Aegypti post Alexandrum
M. reges.

- 1 PTOLEMAEVS LAGI filius, soteris cognomento clarus. *Ioseph.* 12. 1. *Iustin.* 13. 4. Regnavit annos XXXIX.
- 2 PTOL. PHILADELPHVS, bibliothecam instruit. *Ioseph.* 12. 2. ann. XXXVIII.
- 3 PTOL. EVERGETES, Seleuco propter sororem bellum infert, *Foiyb.* 5. 58. *Iust.* 27. c. 1. ann. XXIV.
- 4 PTOL. PHILOPATOR, parricida, victor Antiochi *M. Iust.* 29. 1. & 30. 1. ann. XIX.
- 5 PTOL. EPIPHANES, pupillus a Rom. defensus, *Iustin.* 30. 2. annos XXIII.
- 6 PTOL. PHILOMETOR, Epiphanis filius, Romana legatione ab Antiochi Epiphanis iniuria & insidiis liberatus, *Vell.* 1. 10. *Iust.* 34. 2. & 3. ann. XXXV.

7. PTO-

7 PTOL. a EVERGETES II. etiam
 PHYSCON cognominatus, homo impu-

a Eusebius in Chron. & Syncellus p. 290. inter Philometorem & Physconem interponunt *Evergetam II.* & Scaliger ad Euf. p. 137. tres, inquit. *Ευεργέται* cognominati, tertius, septimus, & οὐταυς. Aliter veteres, Strabo I. 17. p. 547. *Φιλομήτορα ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος, Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι, Philometori frater successit, Evergetia II. quem & Physconem dicunt.* Ioseph. 22. c. 5. *τελευτᾶ Πτολεμαῖος ὁ καλούμενος Ἐπιφανὴς καταλιπὼν δύο παῖδας ἐστὶ βραχύνεσθ' ἠλικίαν, ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἑὐτρας Φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, Φύσκων δὲ ὁ νεώτερος, Moritur Ptolemaus Epiphanes, relinquens duos filios impuberes, quorum maiori Philometoris, minori Physconis cognomen fuit.* Et hic Physcon fratri Philometori successit, ut præter Iosephum l. 2. adu. Apion. p. 1064. etiam Clemens Alexandr. I. Strom. p. 243. auctor est. Etiam Athenæo 12. c. 22. idem est *Ευεργέτης*, & qui γ' εὖρος μεγάθυμος ventris mole laborat *ἑβδόμος* septimus Ptolemaeus. Nullus hic medius aut tertius Evergetes. Nec in nummis aliter, quam ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΦΥΣΚΩΝΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Chronologiam utriusque fratris vide in Annal. Vsserii.

a impurissimus & immanis crudelitatis, antea Cyrenaicæ rex, post fratris Philometoris mortem xv. annis Aegypto præest, *Diod. in Excerpt. Vales. p. 350.* & xiv exul patriæ & agnatis dumna infert, atque ita xxix. annis post fratrem scelerate vixit. *Clem. Alex. 1. Strom. p. 243.* Fortuitum tantis malis solatium accidit. Fugientibus enim crudelitatem ciuibus, rex Aristarchi olim discipulus, grammaticos, philosophos, geometras arcessiuit, qui litterarum studia, bellis fere extincta, mire resuscitarunt. *Aibeneus lib. 4. extr.*

8 PTOL. LATHVRVS, filius Physconis, etiam PHILOMETOR *b* Pausaniæ dictus

a Valer. Max. 9. 1. extr. 5. Iustin 38. 8. Aegyptii ergo *καταργήτην* pro *Euergeta* dixerunt. *Athenens 4. extr. & 12. c. 12.*

b Pausaniæ Attic. p. 7. ὄνομα *oetauns* a Ptol. Lagi *Philometoris* cognomen habuit ἐπὶ χλευασμῶ ἐ γὰρ τινα τῶν βασιλέων μισηθέντα ἴσμεν εἰς τισόδε ὑπὸ μητρὸς, per *illusionem*, neque enim illum regem maiori odio matris agitatam scimus.

188 PTOLOMAEI SIVE LAGIDAE.

dictus, cum regnasset cum matre inuidus annos x, pellitur ab eadem, & substituitur frater.

9 PTOL. ALEXANDER, matricida, cum matre, aut nomine illius mater, imperat annos xviii, quam cum interfecisset, ipse pellitur, reuocaturque.

PTOL. LATHVRVS ex Cypro, & viii. annis solus imperat, *Iust.* 39. c. 4. & 5. *Ioseph.* 13. 20. victor, cum Cypro lateret, Iudæorum, *ibid.* c. 21.

10 PTOL. DIONYSIVS, vulgo AVLETES, electus ob largitiones in Romanos factas restituitur per Gabinium *Dio. Cass.* 39. *Cic.* 1. *Epb.* 1. 2. ann. XXX.

11 PTOLEMAEVS, puer, Auletæ filius, Cleopatæ frater, sub tutore, obtruncat Pompeium; a Cæsare superatus perit. *Hirt. Alex.* & *Appian.* 2. *Ciu.*

12 CLEOPATRA cum Antonio victa vitam suam infert *Dio.* 51. *Flor.* 4. 11. Regnavit cum fratre, sola, & cum Antonio xxii. annos.

AEGYPTVS FIT PROVINCIA.

Reges

Reges Cyrenaici

De vetustis Regibus Cyrenæorum, Scholiastes Pindari *principio Pyth.* 4. consulatur: heic de posterioribus, qui ad Lagidarum gentem pertinebant.

PTOL. LAGI primus Cyrenaicam suo regno adiecit *Diod. Sic.* 18. 21. *Iust.* 13. 9. Inde per regiones fratres, aut agnatos, administrata.

MAGAS, obscuro patre & Berenice, Philadelphi regis matre, genitus, oppugnat Philadelphum, *Pausan. Att.* p. 6. quinquaginta annos regnat, *Athenæus* 12. c. 12.

AGAS Philadelphi filius, Euergetæ I frater: eius vxor Arsinoe, filia heres Berenice. *Iustin.* 26. 3.

DEMETRIVS Macedo, Gonatæ regis frater, Berenices sponsus, & focrus Arsinoes adulter, in adulterio interfectus, *Iustin.* c. 1.

PTOLEMAEVUS Euergetæ I. regis Aegyptii filius, alter maritus Berenices, *ibidem.*

* * *

PTOL-

PTOL. EVERGETES II. siue PHY-
SCON, quoad frater Philometor, vi-
xis, Cyrenis præfuit. *Polyb. Legat. 115.*
seq. Iustin. 38. 8.

PTOLEMAEVS puer, Physconis filius
legitimus, a patre, cum in Cypro exu-
laret, iugulatus *Iustin. l. c.*

PTOL. APPION*, Physconis filius no-
thus, Romanos testamento hæredes scri-
bit. *Appian. Mitbr. extr. Iustin. 39.*
5. Senatus liberæ ciuitates iussit, Liu.
epit. 70. sed mox oppressas a tyrannis,
Plut. in Lucullo, prouinciam fecit, Eu-
trop. 6. 9.

* Alterum *Apionem* sicciore Lybiæ regem,
quem ex Ammiano, Rufo, & Hieronymo
commendat Scaliger, confodit Valefius ad
Ammiani 22. extr.

Seleu-

Seleucidæ siue Syriæ

post Alexandrum M.
reges.

* Damascenum regnum, Davidis aut Salomonis temporibus ortum, fundavit HADAD, cuius posterī ἐπὶ δέκα γενεάς ad decem generationes possederunt. *Nic. Damasc.* apud Ioseph. 7. *Antiq.* 6. Successor BENHADAD vietus ab Israelitis 1. Reg. 20. HASAEL tertius gravissime afflixit eosdem & Iudæos 2. Reg. 8. 12. ultimus REZIN a Tiglatpilesar sublatus c. 16. 9. Hinc per satrapas regebatur ad Alexandri tempora.

1 SELEVCVS NICATOR late regnat *Iustin.* 13. 4. & 15. 4. vxor APAME, vnde vrbium nomina, Annos xxxii imperio exegit, post Alexandri mortem xliv.

2 ANTIOCHVS SOTER, fil. Seleuci. ann. xix.

3 ANTIOCHVS, ὁ Θεός, ann. xv.

4 SELEVCVS CALLINICVS Thei fil. ann. xx.

5 SELEVCVS CERAVNVS, Callinici fil. ann. lli.

6 AN-

192 REGES SYRORVM

- 6 ANTIOCHVS Magnus Cerauni frater, Romanis bellis notissimus, ann. xxxvii. *Appian. Syr.*
- 7 SELEVCVS PHILOPATOR Magni filius, ann. xii.
- 8 ANTIOCHVS EPIPHANES Philopatoris frater, in nummis ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ, Iosepho 11. *Antiq. 5. ο Σωτήρ*, hostis Iudæorum, ann. xi.
- 9 ANTIOCHVS EUPATOR, filius Epiphanis, sub tutore Lysia, *Iustin. 34. 3.* ann. ii.
- 10 DEMETRIVS SOTER, Philopatoris filius, obses Romæ, clapsus Antiochum & tutorem occidit, 1. *Macc. 7. & Zonar. ex Dione. Σωτήρ* nomen a Babylonæis impositum, quos a malis præfectis liberauerat, *Appian. p. 82.* in nummo ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΣΥΤΤΗΡΩΣ, *Vailant.* ann. xii.
- 11 ALEXANDER, ὁ τῆ βαλᾶ, BALA, genus mentitus *Iustin. 36. c. 1.* in nummo cognomina ΘΥΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΙΟΥ, ann. x.

12. DE-

- 12 DEMETRIVS NICATOR, filius Soteris, *Iustin.* 35. 2. *Epit. Liu.* 52. ann. III. Post latet captiuus in Parthia, *Iustin.* 36. 1.
- 13 ANTIOCHVS VI. Alexandri filius, sub tutela Diodoti Tryphonis. *Liu.* c. 1. Cognomina ex nummo Medicæo addit Vaillantius, ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ. Vulgare autem ENTHEVS putat ex male intellecto ANT. ΘΕΟΣ esse. Appianus non Antiochum, sed Alexandrum vocat.
- 14 TRYPHON, oppresso pupillo. *Iustin.* 36. in nummo ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ.
- 15 ANTIOCHVS VII, ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, in nummo cognominatus, Eusebio SIDETES, frater captiui Demetrii, vincit Tryphonem, *Iustin.* c. 1. Vulgare cognomen *Syncellus* p. 291. ab Side, Pamphyliaë vrbe (ἐκ Σίδης ἐλθὼν) deducit, quanquam Rhodo venisse, Appianus scribit; alii a ΝΤΥ venatione, cui inprimis deditur fuit, *Plut. Apophtheg.* Acie a Phraa-

Phraate victus vim vitæ suæ intulit." *Appian*, an. IX.

DEMETRIVS ex captivo iterum rex, *Appian*. *Iustin.* I. an. IIII.

16 ALEXANDER II. ZABINNA, Aegyptii mercatoris filius, a Physcone tanquam adoptivus Antiochi immissus, *Iustin.* 39. & 2. Iosepho 12. c. 17. est *Ἀλέξανδρος ὁ Ζαβινᾶϊ*, quasi *emtus*, cuius nominis nec in nummis puduit, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΖΕΒΕΝΝΟΤΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ inscriptionem adhuc præferentibus. *Vffer*.

17 SELEVCVS V. filius Demetrii Nicatoris, Alexandri temporibus partem Syriæ tenens, a matre Cleopatra Aegyptia, Physconis sorore; interemptus, *Liv.* 60. *Iustin.* 39. I.

18. ANTIQCHVS VIII., cognomine ΕΠΙΦΑΝΗΣ, vulgo GRYPVS, Demetrii Nicatoris & Cleopatras minor filius, a matre contra Alexandrum rex constitutus, vt nomen penes filium, imperium penes matrem esset, *Iust.* 39. I. Vnde in nummis

nummis matris nomen & effigies præponitur, ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, & superbiore titulo p. 337. *Vaillantii*: ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΘΕΑΣ ΚΑΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ. Matre interfecta se ΕΠΙΦΑΝΕΜ cognominavit, ann. XXIX.

19 ANTIOCHVS IX. PHILOPATOR, vulgo CYZICENVΣ, quod educatus in illa vrbe fuerat, *Ioseph.* 13. 17. filius Sideris, frater vterinus Grypi, quo cum acerrime de' regno dimicavit, *Iust.* 39. 2. ann. XVIII.

